


Pius
De
utilitate
juris
publici.

1781.





19

P. 116.

116



96
JOANNIS STEPHANI PÜTTERI

CONSILIARII IVST. INTIMI REGIS MAGNAE BRITANNIAE
ET IVRIS PVBL. IN GEORGIA AVGVSTA PROFESSORIS
ORDINARI

SCHEDIASMA

DE

UTILITATE ET PRAESTANTIA
IVRIS PVBLICI
SPECIALIS
SINGVLORVM GERMANIAE
TERRITORIORVM

ADIVNCTA

SPECIMINE HVIVS IVRIS PVBLICI

AVCTORE

WILH. CAROL. FRIED. SAMES

CONSILIARII SERENISSIMORVM PRINCIPVM IN SOLMS.




2. 3. 06.

GIESSAE,

APVD IVSTVM FRIEDERICVM KRIEGERVM. MDCCCLXXXI.

JOHANNES STEINHAUS
SCHNEIDERMEISTER
IN
MAGDEBURG
1784

SCHNEIDERMEISTER
IN
MAGDEBURG
1784



SERENISSIMIS AC CELSISSIMIS
PRINCIPIBUS IN SOLMS,
DOMINIS, DOMINIS
FERDINANDO WILHELMO ERNESTO,
CAROLO LVDOVICO WILHELMO,
WILHELMO CHRISTOPHORO,
LVDOVICO RVDOLPHO WILHELMO,
ET
ANTONIO ERNESTO WILHELMO
FRIEDERICO,
S. R. I. PRINCIPIBUS IN SOLMS, COMITIBUS
IN GREIFFENSTEIN, BRAUNFELS, HUNGEN, TE-
CLENBURG, CHRICHINGEN ET LINGEN, DYNASTIS
IN MÜNZENBERG, RHEDA, WILDENFELS,
SONNENWALD ET PÜTTLINGEN.
RELIQUA.

Patribus patriae indulgentissimis, DOMINIS
suis Clementissimis

hoc qualemunque studiorum specimen,

ad

publice testandam gratissimam mentem pro innumeris in se et
suam familiam gratiosissime collatis beneficiis et in publicum
obsequii deuotissimi documentum, susceptis simul
pro perpetua

Serenissimae ac Celsissimae Domus Solm-
sensis incolumitate et gloria

Sincerissimis votis

demississime offert et consecrat Numinum

Tantium Principum

humillimus venerator,

Wilh. Carol. Fried. Sames.

DE

DE
VTILITATE ET PRAESTANTIA
IURIS PUBLICI SPECIALIS
SINGULORUM GERMANIAE
TERRITORIORUM.

Quamquam nostra aetate non ea amplius caligine prematur juris publici Germanici studium, qua olim omnis legitimae Scientiae ambitus sola Romani et Canonici juris prudentia absolui existimabatur; plurimi tamen adhuc hac opinione tenentur, jus publicum tantum ab iis colendum esse, qui sperare possint, se olim aliquando Sanctoribus principum consiliis ipsam ad rempublicam administrandam adhibitum iri; tuto autem negligi id posse ab iis, qui tantum aduocatorum, iudicum, praefectorum, aliorumue officialium ad munera adspirare adniantur. Quos omnes, modo juris priuati praxeosque iudiciariae haud imperiti sint, muneribus suis satis superque pares esse opinantur.

Enimvero haud perpendunt ii, primum fieri etiam posse, quod certe quotidiana docet experientia reuera fieri, vt cum aduocati tum iudices controuersis iudiciariis implicentur, in quibus publici non minus quam priuati juris quaestiones enucleandae obueniunt; maxime quum pro singulari plane Germaniae nostrae constitutione tot e rebus publicis specialibus ea consistat, vt, quae in aliis regnis tantum integra regna tangere possunt, adeoque rarius obueniunt, juris publici quaestiones in quolibet Germaniae principatu, comitatu, dynastia et ciuitate imperiali perinde locum habeant, adque tanto frequentius hic eueniant, quanto maiore numero respublicae nostrae speciales reliquas omnes Europae gentes longe superant.

PRAEFATIO.

Sed in quolibet cunq̄ue etiam priuato jure enucleando vix quisquam recta procedet via, nisi publico prius jure satis imbutus sit, quam ad priuatum jus e rationibus suis intelligendum se accingat. Respublica enim prius constituta sit, necesse est, quam leges priuatae in illa ferri possint; similique ratione constitutionem illam cuiusque reipublicae, in qua ipsa jus publicum eius consistit, prius intelligi oportet, quam intelligi possint leges priuatae, fundata demum illa constitutione, latae. Quid quod sexcentis in legibus priuatis tota ratio legis in eo versatur, vt id fiat, quod singulari huius reipublicae indoli conuenire obseruatur, adeo vt in vtraque legum pagina nulla earum ratio frequentior occurrere solet, quam quod reipublicae interesse statuatur, vt ea, quae legibus sanciantur, sic nec aliter fiant. Quodsi vero certum est, legum interpretationem rite non aliter quam ex earum rationibus fieri posse, quae so quo pacto vmquam iustus legum interpretes erit juris publici eisdem reipublicae, ex quo pleraeque legum priuatarum rationes desumtae sunt, plane expers et imperitus?

Nisi omnia me fallunt, in ipso juris Romani studio hoc summum iccirco desiderium est, plerosque tantum non omnes soli juris priuati Romani studio sine omni juris publici Romani notitia id est illatis plane manibus accedere; quare non potuerunt non plerique solida egregii huius juris scientia destitui, quantumuis immenso legum numero memoriam fatigauerint, quum ad primos earum fontes ex ipsa reipublicae Romanae constitutione repetendos haut penetrarent.

Quod ad propria Germaniae nostrae jura attinet, omnino idem est juris patrii nostri publici priuatique habitus, vt, nisi illud huic praeponatur, felices in hocce progressus nulla ratione expectari vmquam potuerint. Quemadmodum vero et temporis et loci pro diuersitate mirum in modum differunt patria Germaniae jura; ita, quod proprie juris Germanici priuati nomen meretur, potissimum ab iis reperendum est temporibus, quibus soli adhuc patrio juri, nullo peregrino jure admixto, aduerti erant maiores nostri, quamdiu, felici an infelici, pere-

PRAEFATIO.

grinorum iurium adhuc ignorantia tenebantur. Quae quum ita sint, ad istius iuris Germanici fontes detegendos non tam hodierni inseruit iuris publici nostri cultura, quam jus publicum medii aevi, quod vocant, cuius longe maior, quam huc vsque vsitata, cultura quam diu in piis desiderii erit, tam diu certe nec iuris Germanici illius studium omnibus numeris erit absolutum.

Contra si, quod hodie in Germania obseruatur, jus priuatum commune, pro uti mox peregrinis mox patriis e moribus compositum est, ante oculos habueris, certe hodiernum iuris publici nostri studium jure meritoque suo praecedere debet illius studium, dummodo ordine nec praepostere omnia tractari volueris.

Sed et loci ratio habenda est, quum in tot diuersis Germaniae regionibus ditionibusque omnino nulla earum sit, quae non suis ipsius iuribus prouincialibus statutariis siue consuetudinariis ab aliis differat. In his iterum perspiciendis nec medii aevi nec hodierni iuris publici Germanici generalis cognitio sufficit, licet vtraque nec superfederi queat; verum descendendum omnino est ad suam cuiusque ditionis specialem eique plane propriam constitutionem.

Nimirum quoruplices dantur Germaniae, quas vocant, respublicae speciales, siue quot adsunt territoria et ciuitates imperii, tot specialia quoque dantur jura publica Germaniae specialia. Eorumque quodlibet in eodem ad jus priuatum eiusdem reipublicae specialis est habitus constitutum, quo cuiusque alterius ciuitatis jus publicum et priuatum sibi inuicem respondent. Ergo vel ad priuatum jus prouinciale seu statutarium, quin ad jus consuetudinarium quoque rite intelligendum omnino opus est, vt prius perspiciatur jus publicum speciale eiusdem territorii siue ciuitatis, in cuius vindole et constitutione vtplurimum reconditae latent verae legum consuetudinumue priuatarum rationes. Ne dicam eos has disciplina prorsus carere non posse, qui ipsius reipublicae talis administrandae partes suscipiunt; eaque in conditione non solum ii

PRAEFATIO.

versantur, qui principibus nostris, tanquam ministri status, quos vocant, a sanctioribus intimisque consiliis sunt, sed et omnes, qui qualicumque negotiorum publicorum generi consilio et opera adhibentur, quorum in minoribus territoriis vel frequentior juris publici usus esse solet, quam in maioribus, in quibus singula negotiorum genera ut plurimum magis separata sunt, ut unusquisque magis unius rei homo esse possit.

Quantumvis autem necessaria sit juris publici cuiusque specialis cultura; in academico tamen legitimae scientiae studio vix umquam expectari poterit, ut pro tam ingenti rerum publicarum Germaniae specialium numero omnibus ac singulis satisfieri possit. Quare nihil reliquum est, quam ut suo quisque Marte illius reipublicae, cui inferuire studet, jus publicum speciale colat. Eaque in re tanto feliciores sperari possunt profectus, quanto minus quisque destituitur tum solida juris publici Germaniae generalis scientia, tum subsidiis ad excolendum jus publicum illud speciale necessariis. Horum vero in numerum si libros de hac disciplina jam conscriptos posueris, nemo non dolere potest, tam exiguum adhuc eiusmodi librorum adparatum esse.

Satis nota quidem sunt, quibus Hassiam Estor, Bauariam Kreittmayr, Austriam Schroetter, compluraque alia electorum, principum comitumque territoria atque nonnullas ciuitates imperiales, Moserus, quod ad jus publicum harum ditionum attinet, illustrare studuerunt, erudita opera. Verum quid haec omnia ad tantam principatum et comitatum multitudinem, de quibus altum adhuc silentium in hacce litteraturae nostrae parte est? ne dicam, plerosque tantum non omnes hoc genus libros longe adhuc abesse, ut omnibus numeris absoluti dici queant.

Plerisque ad jus publicum eiusmodi speciale enuncleandum iam sufficere visum fuit, modo docerent, qualis territorii familiaeque regnantis ad imperium eiusque comitia et circulos habitus sit, quaeenam utriusque praeceteris forsân praerogatiua, quibus titulis et insignibus utatur princeps

PRAEFATIO.

ceps, quænam obrineat successione ratio, quænam adsint pacta confraternitatis, expectatiuæ, priuilegia, prætensiones, cetera. Veram juris publici notionem et indolem, vniuersum huius disciplinae ambitum, iustamque eius methodum plerique harum rerum scriptores non satis adsecuti esse videntur.

Me quidem iudice primum in vnoquoque jure publico est, vt legitima ipsius reipublicæ et impetrantis notitia suppeditetur. Quod ad rempublicam attinet, non solum fines cuiusque territorii describi oportet, sed et omnes ac singulas eius partes integrantes; quibus præmissis vt plurimum demum rite intelligitur, tum quis princeps sit, tum quinam forte sint ordines prouinciales, tum cuius religionis exercitium in reipublica locum habeat, quibusque legibus fundamentalibus hæc prouincia regatur.

Deinde circumspiciendum est, quomodo se habeat potestas territorialis in genere, et qua ratione ea in vniuersum tam ex parte principis solius, quam in consilium adhibitis forte ordinibus prouincialibus, exerceri soleat, atque singula porro regiminis jura tam generalia quam specialia eaque citra nexum feudalem, deinde adhibita isto nexu, considerata, tam in politicis quam in ecclesiasticis, quomodo legibus seu obseruantia hic definita sint, quænam denique jura et obligationes in familia, et quænam extra territorium locum habeant.

Sunt forte in his omnibus, quæ non nisi ex sanctioribus principum scriniis erui possunt, aliaque forsitan, quæ plane ad arcana domus referri solent; a quibus jure meritoque abstinendum esse res ipsa docet. Sed et innumera sunt, quorum notitia satis frugifera ex documentis legibusque jam pridem in publicum emissis haurire potest. Sed quam admodum opera quemlibet de nouo hoc studium suo Marte adgredi oportet, quandoque facilius id procedet, si modo ea, quæ jam ab aliis harum rerum peritis detecta sint, qualitercumque jam præparata et elaborata ante oculos versentur?

**

Opti-

PRAEFATIO.

Optime profecto tum de patria sua, tum de vniuersa Germania meretur, qui juri publico speciali describendo operam nauat, cuius maiorem culturam si quidem omnes respublicae nostrae speciales prius expertae fuerint, tum demum ipsum totius Germaniae jus publicum generale multo maiorem in lucem poni poterit. Neque solum maiores Germaniae principatus hanc operam mereri existimes, sed vel minimae ditiones tanto maiori disquisitione dignae sunt, quanto magis singularia vt plurimum in iis obseruari solent, quae vix alias perspici potuissent, et quae tamen illustrando juri publico nostro generali eique penitus rite vbiuis definiendo mirum in modum inseruiunt.

Insigne, si quod vniquam, huius rei exemplum praebet dynastia Münzenbergensis, quae sub quatuor hodie condominis constituta adeo singulari ratione regitur, vt vix simile per totam Europam exemplum deprehendere liceat. Quare quum vir consultissimus, cui partes administrandae huius reipublicae nonnullae demandatae sunt, juri publico huic speciali, immo si maui specialissimo, operam impendere officii rationibus motus esset; summam laudem meretur, quod periculum delineandi jus publicum hocce specialissimum fecerit.

Ego vero, licet vino vendibili non opus sit hedera, mihique legem scripserim, aliorum libros meis praefationibus haud onerare, veluti qualem honorificam praefandi occasionem jam aliquoties mihi oblatam vel copia aliorum librorum, quos officii ratio a me postulat, me deprecari iussit, deesse tamen non potui desiderio viri, cuius singularem in me beneuolentiam atque amicitiam jam a triginta sex annis inde plus vna ratione expertus sum; non vt commendem librum, qui mea laude non eget, sed vt gratuler amico de tam laudabili specimine, cuius utilitas et doctrinae copia nulli non erit lectori probatissima. Scrib. Goettingae d. 22. Maii 1780.

Joannes Stephanus Pütter.

§. I.



§. 1.



Inter rationem succedendi in bona a parentibus relicta jure Romano constitutam, et eam, quam jus Germanicum obferuandam esse dicit, magnam adesse differentiam, is tantum modo ignorabit, qui principia vtriusque juris ne primis quidem labris degustauit.

§. 2.

Jus germanicum voluntatem primi acquirentis, qui bona pro se et liberis suis acquisiuit et splendorem domus, qui magnam semper per alienationes bonorum extra familiam jacturam patitur respiciens; juri succedendi, quod liberis vtriusque sexus jus romanum aequaliter attribuit, hunc posuit modum, vt tunc demum feminae illud sibi arrogare possint, si stirps masculina extincta sit.

§. 3.

Et quum stirpe masculina extincta, et successione ad feminas deuoluta, conseruatio splendoris antiquae illius familiae primi acquirentis et inde natum ac profectum jus successione feminas ab vsti juris hereditarii excludens non amplius locum habere queant et fora Germaniae
A præ-

praeter successionem linealem et gradualem nullum alium ordinem succedendi pro norma legali agnoscant; patet, regulis, quas in dissertatione de jure feminarum ad spirandi ad fideicommissa familiae et de eorum renunciatione Cap. 3. §. 27. et seqq. formavit et dicto in casu obseruandas esse statuit praeceptor meus viuis iam eam, quae post mortem magis praestari solet, venerationem maximo meo gaudio sentiens et summa reuerentia ob multa mihi collata beneficia colendus *Vir perillustis* JOANNES STEPHANUS PÜTTERUS constare rationem, quae nullo modo infringi posse videtur.

§. 4.

Regula PÜTTERIANA prima: si extincta stirpe masculina, feminis jus succedendi in bona auita aperitur, id quod vocant *den ledigen Anfall*; tunc, si jus primogeniturae non est introductum, ea femina, qua proximo gradu cognata est vltimo defuncto, excludit ceteras eius familiae feminas.

§. 5.

Regula secunda: simulac feminae alicui, tanquam proximae, successio in bona prae ceteris semel obuenerit, statim non haec tantum femina, sed omnes huius feminae posterius nanciscuntur jus quaesitum suo ordine ad bona auita adspirandi et excludendi omnes ceteros remotiores eius familiae cognatos, quod jus immediate a solo primo acquirente ex pacto et providentia maiorum deriuandum est.

§. 6.

Regula tertia: quamdiu extant posterius eius feminae, quae, dum es tinguebatur stirps mascula, proxima erat, tamdiu ceteri eiusdem familiae, sed alterius lineae cognati ad bona auita adspirare non possunt.

§. 7.

Regula quarta: quando semel, deficiente stirpe mascula, feminis aperitur successio, ratione eorum, qui a femina oriundi sunt, nihil magis discriminis superest, vtrum hi ipsi sint masculi, an sequioris sexus? Obiicis fortasse, pergat *Vir perillustis*, semper praeferendos esse masculos, licet ex femina progenitos, quod militiae tamen magis apti essent.
Sed

Sed scias, velim, quod non militiae solum fauor, sed etiam finis propagandi familiae nominis ac splendoris pepererit marium praerogatum. Enimvero masculi patris, non matris, nec auiae, nec alterius feminae, a qua oriuntur, nomen familiaeque splendorem propagant. Potius cum feminae, dum nubunt, e familia exeant, statim ac successio in bona auita ad illas defertur, prisca haec familia per eas amplius non conseruatur, hinc cessante huius rei causa, quam primum feminae succedunt, cessat quoque res ipsa, marium nempe praerogatiua. Cui non obstat, quod, etiamsi antiqua familia non amplius conseruetur per eos, qui a femina progeniti sunt, tamen magis consentiat juri germanico, vt, si femina eiusque poteri ad bona auita adspirauerint, mores feminae posterii sexui sequiori praeferantur, et vt hoc modo saltem noua illa familia conseruetur, quam vt promiscue contra germanorum mores tunc succedant vtriusque sexus posterii. At iterum iterumque respondeo, deficere hic finem juris germanici, vbi familia antiqua conseruari magis nequit. Talem enim familiam conseruari iubet jus germanicum, quae a primo acquirente descendit, eius nomine et insignibus gentilitiis praedicta, quae omnia extinguuntur, extincta primi acquirentis stirpe masculina. Mihi vero auctori huius delineae lignis adhuc liceat hanc vnicam rationem superioribus addere, quod nempe femina post extinctam stirpem masculinam succedens et se matrimonio nobili; Dynastiae, Comiti vel Principi cuidam iungens, huius opes augeat et familiam, quam connubio ingressa est, illatione bonorum jure hereditario acquirentium illustriorem faciat, rei publicae germanicae parum interlit, vtrum hoc an illud sidus alia parua et exilia sidera obscuret.

§. 8.

Quamuis itaque regulae successiois a Viro perillustri *Püttero* prolatae firmissimis nitantur rationibus; tamen iuuabit illas adhuc exemplis ex successione in terras *Münzenbergenses* et *Falckensteinenses* desumptis illustrare.

§. 9.

Dynastia *Münzenbergensis* constabat ex sequentibus comitatibus et praefecturis, *Hungen*si, *Lichen*si, *Laubac*si, *Affenheim*si, *Königstein*si, *Hagnen*si, *Bobenhau*sensi, *Butisbac*si, *Wölfersheim*si,

si, Gambacensi, quam cum quarta parte vrbis Burisbaci anno 1478. a Dynastis Epfsteinensibus emit Otto Comes Solmensis, castro et vrbe Münzenberg.

Urbs Grünigen et vici Boenstadt, Bruchenbrücken, Ilbenstadt, Fauerbach, Ober-Wöllstadt, Nieder-Wöllstadt, Ziegenberg, Cransberg, Rodgin, Oberrirlebach, Vilwell quoad dimidiam partem, Nieder-Weißel, Oberhörtern, Eberstadt, Burggraefenrod, Heuchelheim, Rodheim, Treis prope Münzenbergam, Weissenau, Hexheim, Nirstein et Hoefhain aliique cum monasterio Naumburgensi et Arnesburgensi silvisque Eichenlohe, Forst et Hochholz etiam pertinuerunt ad hanc Dynastiam.

Quilibet itaque facile coniecturam facere potest, reditus, quos quotannis hae praefecturae Dynastis Münzenbergensibus intulerunt, non mediocres sed ita comparatos fuisse, vt Dynasta Münzenbergensis Conradus de Hagen et Arnsburg Vir potens ad Exemplum Arnulphi Comitis Chiniacensis, qui in diplomate apud Hontheimium in historia Treuirensi, se ipsum Comitem non mediocris amplitudinis nominavit a Henrico Archiepiscopo Moguntino in documento foundationis monasterii Altenburgensis prope pagum Muschenheim in territorio Principum Serenissimorum Solmensium, anno 1151. confecto, jure meritoque vocari potuerit.



Domus Hanouiensis in prima diuisione terrarum Münzenbergicarum accepit $\frac{2}{3}$ pagi Heuchelheim et ab Electore Moguntino quas possessores comitatus Königsteinensis permutatione $\frac{1}{2}$ acquisiuit. Domus vero Stollbergensis a Domo Braunfelsensi permutatione quartae partis vrbis Grünigen $\frac{1}{2}$ accepit, quas adhuc possidet.



Pagis Treis possidetur in communione a Domo Hanouensi et Solmensi, ita vt ad illam dimidia pars, et ad hanc altera dimidia pars pertineat.

Justitia etiam in hoc pago administratur ad praescriptum Recessuum Münzenbergensium a praefectura annali, *dem Bauamt*, quam
 infra

intra quadriennium Domus Serenissima Hanouiensis bis, Domus Braunfelsensis semel, et Domus Laubacensis semel procurandam habet secundum Schema subiectum

1770. *Laubach*

1771. *Hanau*

1772. *Braunfels*

1773. *Hanau.*

Super visitatione ecclesiae inter Domum Hanouiensem et Laubacensem lis orda est, dum illa ordinem intuitu visitationis ecclesiae Münzenbergensis recessibus stabilitum seruandum, haec vero visitationem ecclesiae Treissensis pro partibus huius condomini a condominio Münzenbergico plane seperati adornandam esse, contendit.

Etsi in hac caussa id, quod iustum est, definire nec possum nec volo; tamen non possum non dicere, verum esse, 1.) condominium Treissense a condominio Münzenbergensi plane separatum esse. 2.) Districtus vrbis Münzenbergensis et pagi Treis non vnum sed duo territoria constituere nec eosdem habere condominos territoriales. 3.) Vnionem ecclesiarum horum duorum locorum esse vnionem per subiectionem factam, quae nihil praeiudicii adferre potest iuribus condomini territorialis circa sacra. 4.) Vnionem ecclesiarum per subiectionem facta non confundi jurisdictionem ecclesiarum in diuersis territoriis existentium, eamque ob causam in certo positum, ecclesiam Treissensem illi tantummodo visitationi, quae a condominis huius pagi instituitur, subiectam esse, nec ordinationibus ecclesiasticis obtemperare debere, quae in ecclesia Münzenbergensi obseruandae sunt. 5.) Comitem Celsissimum Laubacensem possidere quartam partem pagi Treis et quinque quadragesimas octauas castri et vrbis Münzenberg, ideoque si seruandus sit ordo Münzenbergae introductus, per triginta annos ecclesiam Treissensem tantum semel visitare posse, cum ille pro parte condomini eam per duodecim annos semel visitandi potestatem habeat. 6.) In Recessibus Münzenbergensibus nullam circa visitationem ecclesiae Treissensis reperiri ordinationem ideoque manifestum esse, hanc controuersiam ex legibus communionis decidendam esse.

Dynastae Münzenbergenfes erant etiam hereditarii Camerarii Imperatoris et Aduocati Imperii, quam Aduocatiā iure feudi tenebant cum obligatione filuam regiam, quae *zur drey Eichen* vocatur, admittendi et contra aliorum turbationes iniuriasque tuendi.

Auctor deductionis Ifenburgicae sub inscriptione, gründlicher Bericht von dem uralten Reichs- und Königs Forst zur drey Eichen, auch damit verknüpften Reichs Vogtey zu Münzenberg, ita hac de aduocatia et officio hereditario Camerarii §. 9. scripsit: Nachher haben die alten Herren von Hagen oder Münzenberg ihren Ansz und Residenz in diesem Castro Hagin oder Hahn gehabt, und sich nicht nur davon geschrieben, immassen unter denenselben Conradus anno den Namen de Hagen geführet, und in folgenden Diplomatis bey

KOLB. *Aquil.* certant. *Beilage N. 1.* Nouerint igitur vniuersi tam futuri quam praesentis aevi Christi fideles qualiter Dominus Conradus de Hagen et Arnesburg Vir potens et vxor eius Matrona nobilis nomine Lutgardis &c.

et *N. 2.*

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex — — — — —
 quapropter notum esse volumus cunctis Christi cultoribus tam futuris quam praesentibus, qualiter Cunradus de Hagen idoneus regni ministerialis fide et amicitia mihi deuotus &c. — — — — —

also genennet wird, sondern sie haben auch als Aduocati Imperii, oder Reichs Vögte, dergleichen die Kayser und Könige oberwehntermaßen besonders in Francia orientali et terra Rhenensi über ihre Reichs- und Cammer Gütter bestellet hatten, die besondere Aufsicht und Verwaltung über diesen Reichs- und Königs Forst zur drey Eichen, als in dessen medallio sie ohnedem ihren ursprünglichen Ansz auf dem alten Castro Hagin gehabt, sub nexu feudali anvertraut bekommen und verwaltet, und waren überdas noch am Kayserlichen Hof Erb Cämmerer oder Cämmerer des Kayserlichen Saals.

De hac dignitate sub camerarii imperatoris etiam loquitur AUREA BULLA Cap. 27. §. 7. et in GUDENI *Cod. diplomat.* Tom. III. pag. 93.



reperitur documentum de anno 1313. quo duo Comites Falckensteinenses functioni huius maneris leges definierunt, si vterque vel alteruter in aula imperatoris praefens esset.

§. 11.

Castrum Münzenbergense, ex cuius nideribus et situ facile judicari potest, illud tempore, quo vsum praestare poterat, habuisse munimenta fere inexpugnabilia et Dynastis suis contra offensiones et iniurias vicinorum turbulentis praecipue bellorum ciuiliu temporibus fortissimas suppeditasse defensiones, et vrbs adhuc sunt in communionem atque Serenissimi Hassiaci, Serenissimorum Principum in Solms Braunkfels et Stollberg et Celsissimi Comites in Solms Laubach iusto ac moderato reguntur imperio.

§. 12.

Habet quoque hoc Castrum suos castrenses inferioris nobilitatis, qui possident Teuda castrensia, ideoque castrum tueri, a dominis suis omne damnum periculumque propulsare et illis iusiurandum fidelitatis ac obedientiae praestare debent. Qua forma hoc iusiurandum praestitum fuerit et adhuc a castrensibus praestandum sit, docet Recessus Münzenbergensis de anno 1657., in quo a Deputato Stollbergensi, qui dicto anno ciuibus communibus jus dicebat et alligatus legibus Condominorum saluti reipublicae prospiciebat, refertur, wasmaßen Eberhard Löw von und zu Steinfurt sich nunmehr erkläret, den Burgmanns Eyd gleich vorigen Burgmannen zu leisten, welcher darauf vorbeschrieben worden, und an Hydtsstatt zugesagt und gelobet, denen gnädigst und gnädigen Herrschaften, jeder zu ihren Rechten und Antheil treu, hold, gehorsam und pflichtig zu seyn, ihren Schaden zu warnen, Vestes zu werben, vor sich selbst keinen zu thun, noch gestatten gethan zu werden in keinerley Weise, sondern alles, was einem Burgmann gegen seinen Herrn zu thun gebüret, treulich zu thun und zu leisten, und hierinnen nichts zu unterlassen, so wahr ihm Gott helffe und die heilige Dreyfaltigkeit.

§. 13.

Quo iureiurando anno 1737. Serenissimus Hassiae Landgravius Wilhelmus, qui eo tempore rempublicam Münzenbergensem commu-
ni-

nicatis cum ceteris condominis consiliis administrandam susceperat, Castrenses, pastores et ciues ad fidelitatem et obedientiam obstrinxerit, ex sequentibus perspicitur: Ihr sollet und werdet geloben und schwehren zu Gott und seinem heiligen Namen, dem Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Wilhelm Landgrafen zc. zu Dero Hanauischen Antheil treu, holdt, gehorsam, folgia und pflichtig zu seyn, Ihro Hochfürstl. Durchlaucht Schaden zu warnen, Bestes zu werben, vor euch selbst keinen zu thun, noch gestatten gethan zu werden, in keinerley Weise, sondern alles was frommen, ehrbaren, aufrichtigen Unterthanen gegen ihren Erbherrn zu thun gebühret, freulich zu thun und zu leisten und hierinnen nichts zu unterlassen. So wahr euch Gott helfe und die heilige Dreysaltigkeit.

Quam formulam Vir illustris Philippus Christianus Erni Consiliarius Regiminis intimus Serenissimi Principis Hereditarii Hasso Castellani, adiunxit monumento eruditionis suae aere perenniori, cui inscriptum est, Angrund und Nichtigkeit des von der mittelrheinischen Reichs Ritterschaft auf das Dorf Burggräfenrode sich angemasten Besteuerung Rechts.

§. 14.

Ex quibus omnibus conficitur, 1.) Castrenses Münzenbergenses superioritati territoriali condominorum subiectos et ad leges, quas illi tulerunt et adhuc ferunt, suas componere actiones obligatos esse, ideoque 2.) jurisdictionem Condominorum Münzenbergensium in personalibus et intuitu bonorum in territorio Münzenbergico sitorum agnoscere debere et sub nulla iuris specie obligationem iudicatis obedientiam praestandi declinare posse.

Id quod tamen salua eorum immedietate, si bonorum quae possident alibi, immediatorum habetur ratio, intelligendum est. Conf. Reflexus de annis

1571. Tom. 1. pag. 65.

1593. Tom. 1. pag. 205.

1616. Tom. 1. pag. 457.

1652. Tom. 2. pag. 150.

1670. Tom. 2. pag. 289.

1672. Tom. 2. pag. 304.

1685. 1703. §. 9. 1715. §. 6. 1737. §. 11. 1738. §. 10.

§. 15.

§. 15.

Ea, quae dixi, clariora facit id. quod in libro jam memorato §. 19. scripsit Vir illustris *Philippus Cbsistianus Erni*: Ob nun wohl die Militres castrenses von den übrigen militibus darinnen unterschieden gewesen, daß jene vornemlich zur Vertheidigung der ihnen angewiesenen castrorum und in solcher Rücksicht besonders aber in selbigen ihre Residenz zu halten und die Burghude zu besorgen verbunden gewesen, die letztere hingegen zur Landes Vertheidigung, und Feldzügen sich gebrauchen lassen mußten; so ware in dem übrigen jedoch bey denen militaribus beiderley Gattung eine und dieselbe Verbindlichkeit vorhanden, und man kan von der Münzenbergischen militum castrensium ihrer ungezweifelten Landesfähigen Beschaffenheit auf eben dasselbe Band der übrigen Münzenbergischen Vasallen um so mehr eine richtige Schlussfolge herleiten, je unläugbarer es ist, daß die Castrenses vor andern militibus darinnen einen Vorzug gehabt, wann solche zur Defension ganzer Castrorum und herrschaftlicher Residenzien gebraucht, die übrige Vasallen des niedern Adels hingegen mehrmalen in geringen Dorffschaften angestellt worden und eben dieselbe Subjection bey aller Gelegenheit anerkennt haben. Eine freiwillige Bekandtnis der Landesfähigkeit kan in Rücksicht auf die ältere Zeiten wohl nicht vollständiger ausgedrucket werden, als solches in nachbenahmten Urkunden von verschiedenen Münzenberger Vasallen geschehen ist, wann nemlich im Jahr 1260. nicht nur die Gebrüdere *Reinboldus* und *Ludovicus de Aldenburg* gegen die damahlige Münzenbergische Mit-Herren die ausdrückliche Worte:

„ Serenissimis Dominis suis Engelhardto et Conrado militibus nobilibus de Winsberg, Reinboldus et Ludovicus fratres de Aldenburg obsequium promptum et paratum cum omni subiectione et fidelitate &c.

„ von *Gudenus* in *Cod. diplomat.* Tom. I. pag. 676.

gebrauchen, sondern auch *Meingorus Gimbo*, *Sibertus* und *Henricus de Saasen* auf eben diese Weise hinwiederum schreiben:

„ Serenissimis Dominis suis Domino Reinhardo de Hagenowe et D. Philippo de Falckenstein, Philippo et Wernhero filius eiusdem Meingorus — — — obsequium promptum et paratum cum omni subiectione et fidelitate &c.

B

item

item &c. vobis attentissime cum omni precum instantia Supplicantes &c.

IBID. pag. 676.

Hierdurch aber sämtliche Supplicanten, ohnerachtet es bey allen beiden Gelegenheiten sogar von Aufhebung des Lehnsnexus die Frage gewesen, nicht etwa eine bloße fidelitatem allein, sondern dabeneben auch und das zwar vorzüglich eine omnimodam subiectionem nichts desto weniger anerkannt haben.

§. 16.

Castrenses Münzenbergenses, qui adhuc viuunt et obligationem praestandum iusiurandi fidelitatis et obedientiae agnoscunt, sunt perillustres Domini Löw de Steinfurt et de Bellersheim. Generosos vero Dominos de Cröfftel, Weyße de Fauerbach, de Trohe, de Erlenschbach, de Ulff, Vogdt de Treisse et de Hartstein, qui olim eadem iurisiurandi Religione tenebantur, mors, illos vita priuando et eorum stirpes masculinas extinguendo ex Consortio Castrensi Münzenbergensium sustulit.

Conf. Gründliche Untersuchung der Frage: Ob mit den am Rhein und in der Wetterau geseßenen zur höhern teutschen Nobilität jederzeit gerechneten uralten Grafen und Herren, hohen Freyen oder Dynastis, die von Earben in Vergleichung zu stellen seyen? pag. 243. 260. 274. 461. et 464. adiunctorum.

§. 17.

Hereditas itaque, quam Ulricus junior Dynasta Münzenbergensis circa medium seculi decimi tertii reliquerat, et quae non solum multa bona allodialia auita, sed etiam feuda Imperii feminea successiua comprehendebat, erat per magna, et diuidebatur, cum dictus Ulricus morte sua diem stirpis masculinae supremum confecisset, inter Comites Illustrissimos in Hanau, Falckenstein, Pappenheim, Schonenberg et duos fratres in Weinsberg, quorum quatuor priores cum fororibus Ulrici Adelheid, Isengard, Hedwig, et Agnes matrimonia contrahendo jus succedendi in terras Münzenbergenses posteris suis acquisiuerant, duo posteriores vero fratres vxoris Ulrici erant, et diuisio fiebat ita, vt vnus-

vnusquisque comitum de Hanau, Falckenstein, Pappenheim et Schoenberg sextantem acciperet, duobus fratribus Engelhardo et Conrado de Weinsberg autem triens totius hereditatis obueneret.

vid. supra laudata *deductio Hanouiensis* §. 2.

En exemplum successionis feminarum in bona auita et feuda Imperii feminea, extincta stirpe masculina.

Quo jure fratres vxoris ad successionem admissi fuerint, nescio. Si vero conicere licet, putarem, multas tunc temporis extra familias consensu vxorum factas alienationes feudorum et allodiorum fat rationis afferre credendi, Dynastas in Weinsberg vel ex eo, quod Ulricus junior insignem a coniuge sua illatam pecuniae summam in emtionem terrarum et bonorum impenderit, vel ex jure communionis bonorum et condomini, quod medio aeuo vxores habere credebatur, jus suum succedendi demonstrasse.

Conf. celeberrimi Viri HELFR. BERNH. WENCKENII *diplomatisehe Nachrichten von den ausgestorbenen Dynasten von Eppenstein, erste Fortsetzung, zweiter Abschnitt* pag. 35. 36. et 52.

Fortasse etiam fratribus de Weinsberg turbulenta medii aeui tempora ad consequendam opimae hereditatis partem opem, quam ipsis iudex denegauisset, tulerunt. Nam illo tempore, quo iudex officio suo deiectus contemnebatur, successio in familiis illustribus rarissima erat, super qua controuersiae enatae non bello, aut, si haec violentiae via non placuit, sententia austragali et transactione non fuerint diremtae.

Vir celeberrimus Ludovicus Albrechtus Gebhardi asserere non dubitauit, Ulricum juniorem vel secundum coniugis suae fratres Engelhardum et Conradum Dynastos in Weinsberg instituisse heredes.

Ast non probauit, cum illi in documento allegato coherendes et Domini in Münzenberg tantummodo nominentur, et coherendes non solum ex testamento Ulrici sed etiam ex pacto vel transactione fieri potuerint.

Conf. EIVS *Genealogische Nachricht der erblichen Reichsständen in Teutschland*, Lib. 11. P. III. Sect. §. X. et *Documentum deductioni Stollbergensi* sub No. 2, adiunctum,

in quo fatetur Engelhardus dynasta in Weinsberg, se et fratrem suum Conradum trientem hereditatis Münzenbergensis ex suorum et consanguineorum suorum comitum in Falckenstein amicorum consilio et consensu accepisse.

§. 18.

Comes de Falckenstein postea bessem hereditatis Münzenbergensis a Comitibus et Dynastis de Pappenheim, Schonenberg et Weinsberg emerat et facta hac acquisitione dextantem terrarum et bonorum, quae pertinuerant ad Dynastiam Münzenbergensem, possidebat. Illi itaque tantummodo sextans Hanouiensis deficiebat.

§. 19.

Wernerus Archiepiscopus et Elector Treuirensis erat vltimus stirpis masculinae Falckensteinensis.

Et cum ille et eius frater praemortuus Philippus duas habuerint sorores, quarum vna Lucardis Comiti Epsteinensi et altera Agnes Ottoni Comiti Solmsensi nupserat, hic vero cum Agnete sua duos filios Bernhardum et Joannem, ac quatuor filias procreauerit, quarum natu maxima Catharina, vita sua cultui diuino sollempni voto consecrata, munus Abbatissae in coenobio Altenburgensi susceperat, tres natu minores Anna, Agnes, et Elisabetha autem matrimonia cum Comitibus in Sayn et Virneberg et cum Dynasta de Isenburg contraxerant; filii Lucardis Gottfriedus et Eberhardus de Epstein cum filiis et filiabus Agnetis, mortuo anno 1418. Wenero Archiepiscopo Treuirensi, anno 1419. Butisbaci conuenerunt et successionem in hereditatem Falckensteinensem, quam seculo decimo tertio accessio terrarum Münzenbergicarum multo ampliorem fecerat, ita ordinauerunt, vt terrarum et bonorum in tres partes, Butisbacensem, Lichenensem et Haynensem facta diuisione, vnam partem domus Epsteinensis et duas reliquas partes filii et filiae Agnetis vxoris Comitissae Solmsensis acciperent, ipsam partium assignationem autem a decisione fortis expectarent.

Pars Butisbacensis, adquam Comitatus Königsteinensis pertinebat, fratribus de Epstein Gottfriedo et Eberhardo, pars Lichenensis Comitibus in Solms et pars Hainenensis, ad quam pertinebat, Comitatus Falckensteinensis, Comitibus in Sayn, Virneberg et Isenburg forte obueniebat.

En

En secundum exemplum successione feminarum in bona auita et feuda imperii feminea post obium totius stirpis masculinae, quo illustratur regula successione quarta. Nam cum comites Solmsenses Bernhardus et Joannes suas sorores non a successione in terras Falckensteinenses excluderint, sed illis aequale ipsa diuisione confirmatum jus successione concesserint; extra omnem dubitationis aleam positum esse videtur, dictae regulae quartae constare rationem et secundum leges et consuetudines Germanicas in casu, quo deficiunt mares a primo acquirente descendentes, mares a feminis descendentes eam praerogatiuam, quam antea conseruatio splendoris familiae primi acquirentis necessariam fecerat, sibi arrogare non posse, ideoque nullum amplius discrimen inter eos et feminas statuendum esse.

Quamdiu mares primum acquirentem suum communem genitorem agnoscentes existunt; tamdiu dormit jus succedendi feminarum, non vero tanquam extinctum et sublatum considerari potest, quia causa exclusionis cessante, illarum jus successione retentum et ratione effectus tantummodo suspensum, quasi ex somno expergiscitur et ad naturam iurium, quorum exercitium ab arbitrio domini dependet, redit.

Conf. Gründlicher Bericht von dem uralten Reichs- und Königs Forst zur drey Eichen, auch damit verknüpften Reichs Vogtthey zu Münsenberg. Offenbach am Mayn 1736. 2ter Theil §. 5.

Deductio des Gräflich: Stollbergischen Erbrechts, wie auch Nullitarum et vitiorum tam processus instituti quam transactionis, die Graffschaft Königstein betr. pag. 1. et 2.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶

Wernerus Comes in Falckenstein et Dynasta Münsenbergensis erat Elector ecclesiasticus Treurenensis et tamen successerat fratri suo Philippo. Ex quo id, quod perillustris PÜTTERUS in *elem. jur. publ. Germ.* Lib. VII, cap. 2. §. 665. de exclusionem clericorum a successione in territoria non electoralia, quod nempe illa propter claram familiarum illustrium obseruantiam ipso jure contendi nequeat, scripsit, confirmatur.

Eadem succedendi ratio, extincta morte Henrici Rasponis Landgravi Thuringiae stirpe masculina, seculo duodecimo observata fuit, cum non solum Henricus illustris Marchio Misniae, cuius mater Jutha soror Henrici Rasponis erat, sed etiam Sophia Brabantina, cuius pater praemortuus Ludovicus dictum Henricum Rasponem fratrem habeat, ei succederat.

Perillustri PÜTTERUS in seinem vollständigeren Sandbuch der teutschen Reichs Historie §§. 80. et 84.

Aliud obtinuisse videtur in successione in Comitatum Cattimelibocensem, quem domus Serenissima Hassiaca occupavit et comites Nassoi- cos, licet hi etiam ab Anna Cattimelibocensi, coniuge Henrici Landgravi Hassiae descenderent, exclusit. Ast nihilominus salva manet Regula successione quarta Pütteriana, cum lites inde inter domum Serenissimam Hassiacam et comites Nassoiicos enatae transactione anno 1557. inita, referente JOANNE TEXTORE in der Nassauischen Chronick, ita sopitae et finitae fuerint, daß nachdeme alle definitivae und executorialis, so für die Graffen zu Nassau publiciret und ausgangen, cassiret und aufgehoben bey Landgraff Philipsen zu Hessen, cet. und dessen Erben alle den Graffen zu Nassau Dillenburg und Breda cet. zuerkannte Städte, Schlöffer und Gütere (die Graffschafft Diez allein ausgenommen) auch andere beweg- und unbewegliche Sachen gelassen werden: Hochwohlgedachter Landgraff aber den Graffen zu Nassau cet. auf gewisse termin, Zeit und Ziel Sechsh- mahl hundert tausend Gold Gulden oder Sechs Tonnen Goldes erlegen und zahlen, die Graffschafft Cajenelnbogen dem Landgraffen allein, die Titul aber beyderseits gemein seyn, und bleiben sollen.

B. ESTOR in jure publico Hassiaco hodierno cap. II. §§. X. et XI.

Ad quaestionem vero, cur seculo decimo sexto post mortem Eberhardi Comitis de Königsteinensis ultimi stirpis masculinae solus Ludovicus Comes Stollbergensis cum exclusione fratrum et sororis Julianae, quae Wilhelmo seniori, Comiti Nassoiico nupserat, in Comitatum Königsteinensem sui cesserit? Respondebunt cum testamentum a dicto Eberhardo conditum et ab imperatore Carolo VI. confirmatum, quo Ludovicus heres ex aße institutus et ei substituti erant fratres Philippus et Chri-

Christophorus, tum consensus Annae Königsteinensis matris comitum de Stollberg et eorum fororis Julianae in testamenti confectionem et eius facta agnitio.

Conf. *Deductio Stollbergensis* pag. 82. et 83.

Legebatur quoque *Adiunctum* sub *Nro*, 132.

§. 27.

Quaenam terrae, jura et bona ad hanc vel illam partem pertinuerint, docet instrumentum diuisionis anno 1419. confectum.

Pars Butisbacensis:

Buzbach, die Stadt, Griningen, Ziegenberg, Cronßberg, Münzenberg halb, als das der Herrschaft vor zugehöret hat, mit allen Renten, Rechten und Gültten halb, und darzu alle Mannschafft und Burgmannschafft gen Münzenberg gehörend, als das die Herrschaft herbracht hat, Rodheim, Lieche und Königstein, mit allen ihren Zugehörten, und die Loiffung daran, und die Loiffunge an Hoefhain, wird aber Hoefhain gelofft von dem Stifft zu Maynk, ehe dann die diß dritte Theil inne han loiften, so soll das übrige Geld, mit Rahmen neun und zwanzig hundert Gülden, diesem selben Theil zugefallen, und sollen die andere Theile damit nicht zu thun han, und soll auch Nielwel das Schloße mit seinem Begriff halb hierin gehören, und das ander halb Theil in das Licher dritte Theile.

Pars Lichenfis:

Darin soll gegören Lich die Stadt, die Loiffunge am Warnsberg, Laubach, Houngen, Wölfersheim, die Loiffung an Werckesheim, an Bernstadt und am Rodegin, und die Pfendtschafft an Sturmfels und Uffenhaim, mit allen ihren Zugehörden, Rechten, Gefellen und Nutzen, außgesehiden Rodheim und Lichen, mit ihrem Beariff und Zugehörte, die sollent in Buzbacher dritten Theil gefallen, Münzenberg halb, als das der Herrschaft vor zugehöret hat, an Burg, Kemmerhen, und Stadt, mit allen Renten, Rechten und Gültten halb, darzu alle Mannschafft und Burgmannschafft gehörig, als die die Herrschaft herbracht hat, nem Bischofshaim uff dem Main, Weinguld und Geldgult zu Bergen, Oben Erlinbach,

bach, mit allen ihren Zugehörten, und die Eigenschaft und Lössung uff Peterweil, auch solche Leypzucht an Gulte, als die Fraven von Falckenstein und Schwarzburg, zu Lich, Houngen und Ufenheim fallende han, wenn das lezt verfellet, das soll diesem selben dritten Theile auch zugehen, und keinem andern Theile, doch dem Buzbacher Theile behaltlich, was der Fraven von Falckenstein zu Roden und Liche zu einer Morgengabe verschrieben ist, und wann solche vorgeschriebene Leibzucht von den vorgeschriebenen Fraven beyden verfallen ist, wer dan dieselbe dritte Theil hat, der soll in das Buzbacher dritte Theil zwey hundert Gulden Geld jährlichen geben, wol versichern und verschreiben, die er auch mit zwey tausend Gulden ab mag lösen ungeschlich, und soll auch Vielwel das Schloß mit seinem Begriff halb hierin gehören, und das andere halbe Theil in das Buzbacher dritt Theil,

Pars Hainensis:

Darin soll gehören der Hain die Stadt und Burg mit aller Zugehörde, ufgeschieden Bischofsheim, das soll nicht darzu gehören, item ein Sechste Theil an Münzenberg, Burg, Kemmeten und Stadt, und soll davon ein Voigt von Münzenberg heißen und seyn, und soll an allen Renten und Gefellen mit Theil oder gemein han, oder auch an Mann oder Burgmann, Er soll auch Pfortnern, Thornhütern, Wächtern nit lohnen, und sollen ihm doch gewartende seyn, zu demselben sechsten Theile, als einem ihrem rechten Herrn, ditselbe theil soll auch alle Schulden, die sich gemacht han, in dem Ampt Hain, Falckenstein und Pedershain, und was darzu gehöret, aufrichten und bezahlen, und soll der andern Schulde, die die Herrschaft in diesen Zween andern dritten Theile vorgeschrieben Schulde nit zu thun haben, und was Leibzucht erstierbt in diesen vorgeschrieben Theile zum Hain, es seyn an Dörffern, an Gerichten, an Gulten der sollent die andern zwey Theile vorgeschrieben, nit genieffen oder zu thun han, desgleichen auch ditselbe Theil an den andern zweyen Theilen nit zu thun soll han, und were ichts in diesem vorgeschriebenen dritten Theile verpfindt oder veretzt, das mag er auch lössen, und an sich bringen, da die andern zwey Theil auch nit zu thun sollen han, desgleichen die andern zwey Theile vorgeschrieben, auch also an sich lössen und bringen mögend, auch soll Chalschmidt das Schloß zu diesem Theil gehören, mit seiner Zugehörde, were es auch Sach, das die Herren würden bawen, an Berg oder an Stadt, oder auch an Kemnaden zu Münzenberg, darzu soll derselb, der Voigdt daselbst würde, das
sechste

sechste Theil geben, auch eines Burgfrieden, so man des eins würde, ge-
folgig seyn zu geloben und zu schweren

Auch so soll jegliches dritt Theil Mann und Burgman in sein Theil gehörig,
ihr Mann-Geld und Burglehen-Geld usrichten, und auch Mannschafft
und Burgmannschafft behalten und han, ausgescheiden alle belehnte Mann,
und Burgmann von der Herrschafft von Münenberg belehnet, die sollen
ghen Münenberg gehören, und zweyen Herren verbunden seyn, und nit mehe
Herren von denselben zwey Theilen, die die zwey dritten Bugbacher und Licher
Theil inne han, und an derselben Mannschafft und Burgmannschafft,
soll der das dritte Theil zum Hain inne hat, nit theil oder gemein han,
und auch an allen Renten, Gulden, Beden und Nutzen nit mitgeniesen
oder zu thun han, auch ist überkommen und beredt, daß Falckensteiner
Mannschafft, die jenseit Main und Rhein belehnet seynd, in das dritt
theil zum Hain gehörend sollen, und die andern, die hie disseit Mains
und Rheins belehnet seynd, in die andere zwey Drittheil gehörendt, in
jeglichs Theile, jeglicher Mann und Burgman vorgehöret han, bey Leben
und herkommen der Zweier Herren seliger Gedächtnis von Falckenstein,
Grave Philips von Falckenstein, und Herr Philips von Falckenstein,
Mann soll auch vorgeschrieben Puncten und Articul, uff die beste Form
und Sicherheit wol verbriefen, versiegeln und übergeben jegliche Partheys,
eine der andere ungesehrlich, auch soll jegliches dritte Theil, weme es ge-
bühret, zu Lehen han alle Kirchsaz, die darinn gelegen seynd, und bissher
von der Herrschafft zu Lehen gerühret han, ausgescheiden die Zwo Vi-
carien zum Thum zu Mainz gelegen, die sollen gehören in die zwey Dritt
theil Bugbach und Lich, und von alter auch so geliehen seynd, und was
geistliche Closter in diesen dritten Theile liegend, da soll jegliches Closter
auch zugehören, ausgescheiden Arnzburg das Closter, das soll gehören in
die zwey Bugbacher und Licher Theile, auch sollen Bugbacher und Licher
zwey dritten Theile, zwischen ihne es halten mit dem Arnburger Ablass,
in aller Maß, wie das auch von Alters herkommen ist.

Subdivisione duarum tertiarum Solmsensium, anno 1420. in tres
partes Lichensem, Hainensem et Falckensteinensem facta, primam par-
tem fratres Bernhardus et Joannes Comites in Solms, secundam par-
tem Comes Gerhardus in Sayn et Ditherus Dynasta in Isenburg accepe-
runt,

runt, tertia autem pars nempe Comitatus Falckensteinensis obuenit Comiti Ruprechtio in Virneberg.

§. 22.

Ex Superioribus patet, Comitem Hanouiensem ex prima probabiliter anno 1255. facta diuisione sextantem totius hereditatis Münzenbergensis, et sic etiam sextam partem vrbis et castri, Domum Solmsensem autem ex diuisione secunda anno 1419. facta quincuncem vrbis ac castri et domum Königssteinensem alterum quincuncem accepisse.

Quincunx Solmsensis ita diuidebatur, vt linea Bernhaldi dimidiam eius partem, et linea Joannis alteram dimidiam partem adipisceretur. Et in hac linea iterum facta diuisio celsissimae Domui Laubacensi et celsissimae domui Lichenfi vnicuique $\frac{1}{8}$ adtribuebat.

At posterior Domus suam partem comiti Mauritio et eius successoribus Serenissimis principibus in Solms anno 1672. iure pignoris cessit, ita, vt pars horum principum nunc ex $\frac{1}{16}$ conset.

§. 23.

Mortuo Seculo decimo sexto Eberhardo Comite Königsteinensi ultimo gentis suae, exstinguebatur stirps masculina et successio deuolvebatur ad Domum illustrissimam Stollbergensem ab Anna Königsteinensi coniuge Comitis Bothonis in Stollberg descendente, quae etiam comitatum Königsteinensem quiete vsque ad annum 1581. possedit, quo archiepiscopus et Elector Moguntinus Daniel armata manu illum occupauit, et Albertum Georgium comitem Stollbergensem de possessione, quam hic post obitum fratris sui Christophori adprehenderat, deiecit.

Facta hac deiectione, quam aliis fortioribus iudicio et manu defendendam relinquo, Elector Moguntinus dimidiam partem quincuncis Königsteinensis relicta altera dimidia parte celsissimae Domui Stollbergensi, eodem quo ipsum comitatum, iure vindicauit et anno 1684. contractu permutationis illustrissimae Domui Hanouienfi cessit.

Conf. *Deduct. des Gräfl. Stollbergischen Erbrechts et adiunctum* sub No. 22.

§. 24.

§. 24.

Quae cum ita sint, hodiernae possessioni condominorum Münzenbergensium contabit ratio. Possidet enim Serenissima Domus Hanouienſis $\frac{3}{8}$, Serenissima Domus Braunfelsensis $\frac{5}{16}$, Serenissima Domus Stollbergensis $\frac{3}{8}$ et Celsissima Domus Laubacensis $\frac{3}{8}$. Quae possessio etiam fundamentum est alternationis jurisdictionis communi tamen nomine exercendae vi cuius per decennium Domus Hanouienſis quater Domus Braunfelsensis ter, Domus Stollbergensis bis et Domus Laubacensis semel, ciuibus communibus salua appellatione ad omnes condominos, si id, super quo lis orta est, efficit summam appellabilem, jus dicit et in conuentibus directorio et omnibus cum illo coniunctis praerogatiuis coruscat.

Eadem ponenda est ratio alternationis visitationis ecclesiae, quae fit singulis trienniis. Id quod Schemata subiecta clarius ostendunt.

*Alternatio jurisdictionis
et directorii.*

*Alternatio Visitationis
ecclesiae.*

- | | |
|--|---|
| 1770. Hanau ex iure ab Electore Moguntino cesso. | 1767. Hanau ex iure ab Electore Moguntino cesso. |
| 1771. Braunfels ex iure a Comite Lichenſi cesso. | 1770. Laubach. |
| 1772. Stollberg. | 1773. Stollberg. |
| 1773. Braunfels. | 1776. Braunfels. |
| 1774. Hanau. | 1779. Hanau. |
| 1775. Hanau ex iure ab Electore Moguntino cesso. | 1782. Hanau. ex iure ab Electore Moguntino cesso. |
| 1776. Laubach. | 1785. Braunfels ex iure a comite Lichenſi cesso. |
| 1777. Stollberg. | 1788. Stollberg. |
| 1778. Braunfels. | 1791. Braunfels. |
| 1779. Hanau. | 1794. Hanau. |

Ordinem in conferendis officiis Pastoris et Diaconi seruandum docet Schema sequens.

C 2

1.)

- 1.) Domus *Hanouiensis* ex jure ab Electore Moguntino cesso, quae anno 1686. fecit initium,
- 2.) Domus *Laubacensis*.
- 3.) Domus *Stollbergensis*.
- 4.) Domus *Braunfelsensis*.
- 5.) Domus *Hanouiensis*.
- 6.) Domus *Hanouiensis*.
- 7.) Domus *Braunfelsensis* ex jure a Comite Lichenfi cesso.
- 8.) Domus *Stollbergensis*.
- 9.) Domus *Braunfelsensis*.
- 10.) Domus *Hanouiensis*.

Collatio autem cum nominatione personae in notitiam ceterorum condominorum per ferenda et institutio comuni nomine peragenda est.

Conf. *Recessus de annis 1686. 1687. 1692. et 1736.*

Notandum autem hic est, per conventionem die 20. Octobris 1712. inter domos Serenissimas Braunfelsensem et Stollbergensem initam, cui ansam dedit permutatio partium urbis Grüningen et vici Heuchelheim, Domum Serenissimam Stollbergensem decimo quinto quoque anno cuius computationis initium fecit annus 1723. , praefectura annali, quam ante hanc conventionem sibi vindicavit Domus Serenissima Braunfelsensis, fungi, et si Serenissimi principes Solmenses in hac qualitate bis ecclesiam Münzenbergensem visitandam curauerunt, tertia vice hanc visitationem illorum loco perendam habere, praetereaque quotannis partem tertiam reddituum Braunfelsensium ex tributo, poenis pecuniariis, censu detractus et immigrationis accipere, Domui autem Serenissimae Braunfelsensi quinquaginta florenos dare debere.

§. 25.

Jurisdictio exercetur a condomino, qui praefecturam annalem, das *Bauamt*, administrandam habet, in omnibus causis civilibus et criminalibus, ita, ut cognitio coepta non eodem, quo praefectura annalis, anno finienda et tradenda sit condomino ordine sequenti, sed tandiu continetur, donec causa ad sententiam ferendam instructa et decisa est.

Quae

Quae decisione facta, etiam eidem condomino, coram quo causa ventilata est, potestas sententiam exequendi competit, licet annus, quo gessit praefecturam, jam elapsus sit.

Conf. *Rec. de Anno 1681. Tom. 2. pag. 368.*

In causis criminalibus hoc vero discrimen obseruandum, quod condominus cognitionem causae instituens et processum vel inquisitorium vel accusatorium formans, finita inquisitione vel cognitione, non solus definiat poenam reo infligendam, sed acta ad ceteros condominos transmittere et eos sententias rogare debeat, et quod omnes condomini sumtus inquisitionis et executionis pro partibus condomini ferre teneantur.

§. 26.

Fructus iurisdictionis intuitu poenarum pecuniarum sunt communes et diuiduntur inter condominos pro partibus condomini. *Rec. de ao. 1559. §. Diereil auch 2c. 2c.* Abrogata itaque est obseruantia pristina quae poenas pecuniarias assignabat condomino, qui turante suo Directorio annali eas irrogauerat.

§. 27.

Uti causae appellationis et criminales vel per vota vnanimia vel plurima deciduntur; ita in causis regiminis et statum publicum ordinandum concernentibus leges vel vnanimiter vel per pluralitatem suffragiorum feruntur. Haecce votorum pluralitas autem non attenditur, si omnium condominorum vel vnus tantum condomini peculiare quoddam interesse, quod in causa versatur vel periclitatur doceri potest.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶

- „ In casu, quo paritas votorum in causis appellationis criminalibus
- „ et politicis existit, accessio condomini dirigendis sententiam et
- „ id, quod ordinandum est, extra omnem ponit dubitationem.

Conf. *Rec. de anno 1779. §. VII.*

§. 28.

Quia dispensatio ab eo, qui habet potestatem legislatariam, dependet; patet, eam ab omnibus Serenissimis ac Celsissimis condominis impetrandam esse. *Conf. Rec. de anno 1719. §. 6.*

Dispensatio vero in caussis matrimonialibus et quidem in gradu tertio lineae collateralis aequalis et inaequalis ac in gradu quarto lineae collateralis aequalis et inaequalis, Deputationi Recessu de anno 1740. §. 14. ita concessa est, vt is, qui petit dispensationem in gradu tertio lineae collateralis aequalis pro facultatibus 5. 6. 7. vel 8. florenos: qui illam in gradu tertio lineae collateralis inaequalis impetrauit, 6. 7. 8. 9. vel 10. florenos: qui autem dispensationem in gradu quarto lineae collateralis aequalis vel inaequalis consecutus est, vnum florenum, ei; qui administrat praefecturam, pro expeditione solvere debeat.

§. 29.

Quodsi autem a Deputatis quotannis die Mercurii post Euangelium boni paltoris Münzenbergae conuenientibus aliquid in caussis regiminis vel status publici statutum est; Quaeritur, vtrum praefecturae annali dicto die Mercurii hora duodecima postmeridiana audita decedendi, an praefecturae annali auspicianti, competat exequendi facultas?

Quae quaestio Recessu de anno 1778. §. VI. sequenti modo decisa est.

Ad proponendum tertium, von welchem Bauamt die während dem Baurechnungstag anbeliebte Schlüsse über die ad jurisdictionem controuersiam nicht gehbrige gemeinschaftliche anaelegenheiten ad executionem zu bringen? wurde per vnanimia für die Zukunft vestgesetzt, daß in denjenigen Vorfällen, worinnen von dem abgehenden Bauamt bereits eine Verfügung gemacht worden, die Ausführung der in dieser Hinsicht während dem Baurechnungstag gemachten Deputations-Schlüssen demselben zu überlassen seye, die Execution anderer nach geendigter erster Session anbeliebter Schlüssen aber dem nachfolgenden Bauamt zukommen solle, wann nicht aus besondern ursachen dem abgehenden der Auftrag zur Vollziehung von dem Deputations-Confessu geschehen würde.

§. 30.

Unusquisque condominorum habet Münzenbergae suam Rationalem, qui appellatur Keller, et non solum eius reditus accipere et in rationes referre, sed etiam omnes suas curas intendere debet, vt contra quemcunque Sarta tecta sui Domini et principis conferuentur jura.
Quum

Quum itaque muneris huius ratio saepe facta ceteris condominis dis-
 centia exigat, et omnium tamen condominorum interfit, vt quætorum
 suorum officia ab omni timore, sollicitudine et periculo remota sint; pa-
 teret, exemptioni Rationalium Münzenbergicorum ab iurisdictione præ-
 fecturae annalis, in omnibus causis ciuilibus siue sit actio ex iure præ-
 fecturarum siue ex iure rerum, constare rationem.

Conf. *Rec. de anno 1630. Tom. 2. pag. 91. et de anno 1768.*
 §. XIX.

§. 31.

Exemptio autem illa non extendenda est, 1.) ad causas reituum
 communium in rationes referendorum et quae in Reccessu de anno 1730.
 pag. 91. vocantur gemeine, verglichene und verabschiedete sachen. 2.)
 Ad causas criminales, cum vi Reccessus de anno 1631. Rationales in
 omnibus causis criminalibus tam maioribus, quam minoribus iuris-
 dictionem omnium condominorum et sic etiam praefecturae annalis
 agnoscere teneantur.

Ipsa ordinatio, quae in dicto Reccessu reperitur, haec est.

Friedrich Naumland ist wegen begangenen Excesses von dem gewesenen
 Solms Lichischen Baumeister zuer Kirchen Poenitenz verwiesen und ihm
 daneben im Nahmen sämtlicher Herrschafft zur Straf zwar 20 Rthlr ab-
 gefordert, aber hernach uf sein inständiges flehentliches Pitten und in an-
 sehung er von Er. gnädiger Herrschafft seines Dienstes entsetzet, nachgelas-
 sen worden. Nachdeme aber hierbey Zweifel vorgefallen, ob derselbe als
 Solms Lichischer Keller dieses orts Er. gnädigen Herrschafft sonderbarer oder
 aber gesampter Bortmäßigkeit unterworfen; der Solms Lichische Abgeord-
 nete auch anderer aestalt nit diese sachen zu gesampter Verhör und bestraf-
 fung kommen zu lassen sich erclert, es würde dann dieser zweiffel aufgehoben
 und gewisse Verordnung gemacht, wie es hinführo in solchen fällen zu hal-
 ten, als ist umb durchgehenden Gleichheit willen hiermit verabschiedet,
 weilen in kurz vorgehenden Abschieden zu befinden, daß in aller Herrschafft
 namen den Kelnern unterschiedliche Straffen nit allein angekündet, sondern
 auch von Derselben erlegt worden, daß hinführo bemelte Kelnere in der
 gleichen höhern oder geringern criminal und Bußfällen sämtlicher gnädigst
 und gnädiger Herrschafft iurisdiction unterworfen auch die Straffen jed-
 we:

weder Herrschaft zu Dero Antheil verfallen sein und gehoben werden sollen.
 In übrigen fällen aber bleibt es bey dem herkommen.
Conf. alleg. Recessus Tom. 2. pag. 110.

§. 32.

Praedia, quae in territorio Münzenbergico possident Condomini, etiam non subjacent jurisdictioni communi, et hac exemptione quoque gaudent illorum Conductores, quatenus in hac considerantur qualitate, quia in communione aequalia condominorum praesumuntur jura et nullus eorum aliquid juris in alios personarum ac bonorum intuitu sibi arrogare potest.

Recessus de anno 1719. §. 5.

Hinc praefectura annalis nihil cum effectu juris ratione limitum agrorum ad praedia illa pertinentium et fructuum pendentium aut delictorum minorum, quae vocantur *Strel*, quatenus sunt commissa ab ipsis conductoribus in praediis conductis, decernere potest. Condominus autem, ad quem praedium pertinet, potest suos conductores ad solvendas mercedes compellere, executiones aliaeque ad obdinendam solutionem necessaria media decernere et effectu dare, atque causas controuersas inter conductores ipsos ratione contractus, agrorum conductorum et fructuum pendentium ortas cognoscere et decidere. Fructus enim, quamdiu pendunt, pars fundi esse videntur.

Simulac vero fructus collecti et horreis inuecti sunt, jurisdictionis praefecturae annalis locum habet, actio intuitu illorum sit, quaecunquae velit.

§. 33.

Duo molendina sunt in territorio Münzenbergico, quorum vnum ad domus Serenissimas Hanouiensem et Stollbergensem, et alterum ad domum Serenissimam Braunfelsensem et domum illustrissimam Laubcentsem pertinet. Haec molendina cum molitoribus exenta sunt ab jurisdictione praefecturae annalis et hi in omnibus causis praeter criminales nullam aliam quam dominorum suorum jurisdictionem agnoscunt. In causis enim criminalibus molitores jurisdictioni praefecturae annalis subiectos esse, statuendum est cum ob analogiam juris publici Münzenbergici §. §. 31. et 32., tum propterea, quod omnium Condominorum
 in-

interfit, vt in territorio communi nihil contra salutem et securitatem publicam fiat vel committatur.

§. 34.

Eadem est ratio ouilium campestrium intuitu numeri, dominorum et iurisdictionis. Ciues vero Münzenbergenses et Rationales condominorum jus compascui sine potestate agros suos stercorandi habent ad numerum quadringentarum ouium in congressu extraordinario Münzenbergae anno 1730. habito definitum. Vid. *protocollum ad deliberandum quintum*. Quaeritur autem, quaenam actiones contra ciues intuitu ouium instituendae ad forum speciale dominorum ouilis campestris, et quaenam actiones ad forum commune Münzenbergense pertineant? Ego putarem, omnes actiones reales, quae concernunt oues in ouili campestri stantes in dicto foro speciali instituendas esse. Nam cum oues partem essentialem ouilis campestris constituent et dominorum propter stercorationem agrorum interfit, vt numerus ouium definitus semper sit completus; forum rei sitae tali in casu manifestum esse videtur.

Quod si vero ex emtione venditione aliove contractu actio quaedam contra ciuem Münzenbergensem ratione ouium in ouili campestri vel illo ex campo sublato, in stabulo stantium instituitur; tunc nullam aliam quam iurisdictionem condominorum communem fundatam esse existimo. Hoc enim casu forum domicilii, quia forum rei sitae et si ouile non amplius in campo existit, ratio ex vtilitate stercorationis defuncta cessant, locum habet. Salua tamen manere debet dominos ouilis campestris, quamdiu hoc in campo cernitur, super executione sententiae requirendi necessitas.

Aliud autem placuit Condominis Serenissimis ac Celsissimis, qui legem tulerunt, vt cuius omnes actiones tam reales quam personales ad forum speciale dominorum ouilium campestrium deferendae sunt.

Conf. *Rec. de annis 1766. §. XVI. 1767. §. VI.*

§. 35.

Praefectura annalis habet etiam iurisdictionem voluntariam tam meram quam mixtam, ideoque contractus intra annum suae potestatis initos confirmare et testamenta aliasque vltimas voluntates tabulis publi-

D

cis

cis mandare, publicare atque super valore earum cognoscere et decidere potest.

Excipiendi autem sunt cum propter vniuersalitatem iudicii concursus et obligationem iudici concursus incumbentem, creditoribus pro jure, quod quilibet habet, et pro facultatibus debitoris communis satisfaciendi, tum propter causae cognitionem, quae iudici tanquam tutori vel curatori superiori denegari non potest, contractus, 1.) si praefectura annalis durante sua potestate processum concursus decreuit et elapso dicto anno bona debitoris communis sub hasta vendenda curauit. 2.) Si dicta praefectura intra annum suae potestatis tutores vel curatores constituit et depositis fascibus alienationem bonorum pupillorum, vel minorum vel absentium decreuit.

Et quod attinet ad testamenta et jus ex illis delatum hereditarium, obseruandum est, potestatem praefecturae, quae testamentum condidit et ante mortem testatoris rerum habenas reliquit, limitibus publicacionis, cognitionis et decisionis super valore vltimae voluntatis, ita circumscriptam esse, vt reliquos omnes actus iudiciales et extraiudiciales cum jure hereditario eiusque delatione connexos praefecturae, quae tempore mortis testatoris fasces habet, relinquere debeat; Nam cognitio et decisio super valore testamenti praefecturae, quae deceffit, solummodo ad tuendam officii sui auctoritatem concessae esse videntur.

Conf. Recess. de anno 1775. §. VII.

§. 36.

Summa tributi quotannis a Deputatione definitur pro ratione temporis et partitione fit a Senatu vrbs pro modo possessionis bonorum immobilium.

Quum autem haec distributio a senatu vrbs fiat et relatio bonorum tributorum oneri obnoxiorum in librum censualem sit negotium, quod a solo senatu peragitur; manifestum est, librum illum censualem contra vicinam vniuersitatem, qua cum super bonis vectigalibus lis orta, nihil probare.

§. 37.

Ciues noui recipiuntur a senatu vrbs et iusiurandum fidelitatis et obedientiae praestant, verbis praecunte officiali communi, Centgrauiō,
Leges

Leges vero receptioni praescriptae sunt hae: 1.) Ut recipiendus trecentos florenos inferre et iurciurando confirmare debeat, trecentos illos florenos ad se iure proprietatis pertinere et nullo aere alieno obstructos esse. 2.) Ut nullum aliud testimonium facultatum, quam quod a praefectura subscriptum et subsignatum, admittendum sit. 3.) Ut receptio nouorum ciuium in notitiam praefecturae annalis ante praestationem iurisiurandi perferenda sit?

Conf. *Rec. de annis 1775. §. XIX. et 1777. §. VI.*

§. 38.

Condomini exercent omnia superioritatis territorialis iura sine vlla exceptione. Hinc etiam bona vacantia et caduca sibi vindicare et pro partibus condominiumi inter se diuidere possunt. *Rec. de annis 1725. §. 5. 1729. §. 19. 1731. §. 6. et 1732.*, ad punctum nouum in quibus et protocollo congressus extraordinarii de anno 1730. ad deliberandum nouum legitur, Condominos ciuitati pretium bonorum caducorum, quod summam centum, quinquaginta quatuor florenorum faciebat, ad comparandum siphonem donasse.

§. 39.

Ipsi condomini legibus Ganerbinatus quasi vinculo quodam inter se olim continebantur. Et quia in instrumento super pace castrensi anno 1448. confecto, iura et obligationes Ganerbiorum describuntur, non ingratum erit, lectoribus, si potiora capita ex dicto instrumento extrahuntur et hic breuiter recensentur.

- 1.) Nullus Ganerbiorum alteri in Districtu sanctione pacis castrensis munito inferat damnum.
- 2.) Nullus Ganerbiorum alterum in vsu et possessione eius, quod separatim et in communione possidet, turbet.
- 3.) Unusquisque condominorum, se pacem castrensem seruaturum et nunquam contra eam acturum, iuramento confirmet.
- 4.) Si inter Ganerbios discordiae ortae sunt, vel vnus alteri verbis vel factis iniuriam intulit, vnusquisque Ganerbiorum omnes curas et cogitationes in eo, vt controuersia amicabili compositione finiatur, desigere obligatus esto. Quodsi autem partes amicabili composi-

tioni locum non dederant et laesus super iniuria et facto quodam turbatio lirem laedenti intendere volebat, hoc condomino, qui habebat das Baumeister Amt, et hic ceteris Ganerbiis notum facere ac illis diem praefinire debebat, quo Münzenbergae ad causam controuersam cognoscendam et sententia dirimendam conuenirent.

- 5.) Sententia per vnanimia vel plurima vel in casu paritatis votorum per accessionem super arbitri, cuius electio ab Ganerbiis iudicium austragale constituentibus dependebat, lata, partes huic stare et contra eam facere non debebant.
- 6.) Pax Castrensis nulli intuitu suorum iudiciorum et iurium damnosa esto.
- 7.) Si obiectum litis pars castris vrbis vel appertinentiarum erat; tunc Ganerbiis ab iudicio hoc austragali excludebantur et Vasalli ac Castrenses Münzenbergenses illud constituebant.
- 8.) Nullus Ganerbiorum eum, qui alterius Ganerbiis inimicus est, vel ei intulit damnum, in Castrum commune recipiat, sed recipiens, simulac illam inimicitiam expertus est, receptum intra noctem et die in castris exire jubeat.
- 9.) In castrum et urbem tantummodo recipiatur is, qui potest illi, contra cuius iniurias et offensiones quaerit securitatem, resistere.
- 10.) Nemo recipiatur sine consensu condomini, qui administrat das Baumeister Amt.
- 11.) Receptus, si erat princeps debebat solvere ducentos florenos et dare decem catapultas et decem seruos bonos et armatos. Comes vel Dynasta si recipiebatur, debebat solvere centum florenos et dare quinque catapultas et quinque seruos bonos et armatos. Nobilis inferioris nobilitatis receptus si non erat castrensis debebat solvere quinquaginta florenos et dare duas catapultas et duos seruos bonos et armatos: Ciuitas recepta aequi parabatur principi. Receptus autem sit, quicumque velit, si diutius quam annum et diem in castris commorabatur debebat denuo solvere et praestare id, quod iam soluerat et praestiterat, et iureiurando confirmare, se nihil contra pacem castrensem facturum vel ausurum, et neminem, nisi eum, contra quem securitatem quaesuit, laesurum esse.

- 12.) Illi condomino, qui iuravit, se pacem castrensem seruaturum, a ciuibus sacerdotibus et castrensibus praestetur homagium.
- 13.) Ad iusiurandum de pace castrensi seruanda, nemo admittebatur, nisi qui annos duodecim erat natus. Pro pupillo tutor, qui eiusdem erat nobilitatis, iurare poterat. Ille autem non liberabatur obligatione post annum actatis duodecimum non solum ceteros condominos de pace castrensi seruanda, sed etiam Castrensēs, sacerdotes et ciues de eorum priuilegiis et iuribus, praestando iurisiurandum securos faciendi.
- 14.) Si quis propositum tenebat, Castro et vrbi damna et quaecunque alia mala inferendi; tunc omnes et singuli Ganerbii ad litteras ipsis a Condomino dirigente scriptas tenebantur arma sumere, omnes iniurias et damna vrbe et castro propulsare et sumtus ad hanc defensionem necessarios pro partibus condomini ferre.
- 15.) Nulli condominorum liceat partem suam Castri, vrbis et appertinentiarum alteri, qui non est in hoc nexu Ganerbico, oppignorare vel vendere, nisi haec oppignatio vel venditio ceteris Ganerbiis fuerit ante tres menses denunciata et hi partem illam emere vel pecuniam mutuam dare nolint. Hoc enim in casu licita erat alienatio. Is autem qui partem emerat et vel iure proprietatis vel iure pignoris possidere volebat; debebat antea iurare, se contra pacem castrensem nullo modo acturum. Alienatio, qua aliquid in principem vel ciuitatem transfertur, plane prohibita erat.
- 16.) Ratione *des Baumeister-Amis* quotannis die Sti. Michaelis fiat alternatio.
- 17.) Condomini sumtus aedificationis et reparationis pro partibus condomini ferunto.
- 18.) Quilibet, qui administrat *das Baumeister Amt* quotannis die Sti. Michaelis ceteris Ganerbiis rationes redditae.
- 19.) Condomini Castrensēs, Sacerdotes et Ciues in possessione eorum iurium et priuilegium, quae a Maioribus acceperunt, non turbando.
- 20.) Si vnus Ganerbiorum violabat iureiurando firmatam pacem castrensem et licet a Condomino dirigente admonitus fuerit, intra sex hebdomades nec satisfactionem praestare, nec ad frugem bonam redire volebat; ille excidebat iure Ganerbico, et amittebat partem suam

Castri, vrbis et appertinentiarum, subditi vero liberabantur omnibus obligationibus, quas homagium praestando susceperant.

Saluum tamen manebat jus liberorum et heredum, si mortuus erat violator.

Vid. *ipsum instrumentum pacis sub Litt. A. adiunctum.*

§. 40.

Legem conuentionalem, qua limites positi sunt alienationi bonorum Ganerbicorum, adhuc anno 1609, in viridi fuisse obseruantia, docet Reccessus dicti anni in quo sequens reperitur denunciatio.

Vors Dritt, ist durch Solms Hoingischen abgeordneten M. Johann Heyln angezeigt: Nachdem der von Hatstein einen Baro placken an den Bellersheimischen Gärten vnd Buiwen uff der Alttenstadt genant gelegen, von seinem gnädigen Herrn zu erkauffen gemeintt, Jhro Gnaden auch dem von Hatstein darin zu wilfahren bedacht, iedoch des gemeinen Burgfriedens sich gnädig erinnert, vermoeß welches den andern Herrschafften als Ganz erben dergleichen Kauff zuuorderist anzubieten seien, das er demnach in nahmen, wie obermeldt solches 1730 angezeigt vnd offerirt, darzu auch zu allerseits resolution ein Viertel Jars ongefährlich zugelassen haben wolte.

§. 41.

Beatus ENGAVIUS in *elementis iuri Germanici civilis* L. II. Tit. XXVIII. §. CCCCLVI. Ganerbinatum definiuit per conventionem, quam plures nobiles de mutua successione hunc in finem inierunt, vt se suasque facultates in castro communi contra vim hostilem vnitis viribus eo facilius tuerentur. Quum autem instrumentum super pace carenti Münzenbergensi confectum de successione Ganerbiorum mutua nullum contineat pactum; in certo positum est, mutua successione non esse characterem essentialem Ganerbinatus.

Quapropter etiam CHRISTOPHORUS BESOLDUS in *thesauro suo practico* sub *Litt. G. No. 3.* definitionem Ganerbinatus ita formauit, quod sit quaedam fraternitas certis pactis et mutuae plerumque successione legibus inter quosdam generosioris spiritus nobilis ad hoc inita, vt se suasque facultates in castro communi contra vim et incurfiones hostium coniunctis viribus tuerentur.

Au-

Audiatur quoque JOANNES JACOBUS SPEIDELIUS, qui in *speculo observationum* sub *Litt. G. No. 3.* ita scripsit: „Multum paritatis inter se habere aduocatum et jus eorum, qui vulgo vocantur *Ganerben*, tradit MAGER, in tract. *de aduoc. arm.* cap. 15. No. 36. Quemadmodum enim olim ante promulgatam pacem publicam, da das *Gauß* recht und *Schnarcherey* noch im Schwange giengen, cum passim itinera latrocinii intuta ac infesta essent et latrones atque praedones sua asyla in arcibus apud eiusdem farinae homines, qui similiter ex raptu vivebant, haberent; alii honestiores et generosioris animi ac Spiritus nobiles, quibus iniusta essent eiusmodi latrocinia, etiam ipsi arces munitiones sibi extruxerunt, in quas sese cum familia ac rebus pretiosioribus tanquam in receptus tutos et securas mansiones, ingruentibus latrociniorum et depopulationum tempestatibus, conferrent. Quoque maior esset ipsorum inter se coniunctio; peculiare quasdam confraternitates certis pactis inter se instituerunt, in eum finem, vt se suasque facultates contra vim et incurSIONES hostiles coniunctis viribus defenderent, et qui ita coniuncti vulgo *Ganerben* et eiusmodi castra *Ganerben Häuser* oder *Schlösser* vocabantur.

§. 42.

Si vnus Condominorum vel eius coniux, vel filius aut filia diem obiit supremum; Recessus de anno 1732, luctus publicus concessus et ita ordinatus est, vt in casu primo quatuor hebdomades quotidie campanis pulsandum et sex menses organo pneumatico in templis non modulandum, in casu secundo et tertio autem quatuor hebdomades quotidie campanis pulsandum et organo pneumatico ad dirigendum cantum tres tantummodo menses non vtendum sit. Hic Recessus vero haectenus non tam accurate obseruatus est, cum non solum pro Imperatore defuncto sed etiam pro focero, patruo, matre et vidua condomini luctus publicus ordinatus fuerit.

Preces etiam publicae praecipuntur, si condomini, eius fratris vel filii coniux praegnans est. Notandum autem est, 1.) cum luctu publico plerumque coniugi concionem funebrem, quae a pastore ecclesiae Münzenbergensis ad praescriptum habenda est. 2.) Durante luctu publico omnem musicas exercitium publicum, saltationes et omnia ea, quibus subditi gaudia sua publice testari solent, cessare debere. 3.) Ordi-

dinationes luctus publici et precum publicarum fieri debere praeuia communicatione cum regiminibus condominorum. Interdum quoque celebratio nuptiarum per difinitum temporis spatium prohibetur.

§. 43.

Omnes incolae et ciues Münzenbergenses iurisdictioni condominorum communi subiecti sunt. Serenissima Domus Hanouienfis autem sibi iurisdictionem priuatiam in Iudaeos competere contendit. Et quum reliqui Condomini hoc jus peculiare illi non concedendum esse putarent, Domus Hanouienfis vero via facti jus suum tueri et persequi veller; Condomini Serenissimi ac Celsissimi Solmsenses et Serenissimus Condominus Stollbergensis anno 1736. ab excelso Iudicio Camerali Mandatum de non via facti sed iuris procedendo sine clausula impetrauerunt, cui ex parte Domus Serenissimae Hanouienfis die 27. Octobr. 1738. oppositae sunt exceptiones sub et obreptionis.

§. 44.

Rationes Hanoicae sunt hae: 1.) Rüdolphum Regem Romanorum nobili vero Ulrico in Hanau Iudaeos Münzenbergenses iure pignoris obligasse et Caesarem Carolum quartum eidem Ulrico illos denuo anno 1351. in feudum dedisse.

2.) Caesares hoc iure optimo maximo facere potuisse, cum Iudaei eo tempore eorum homines proprii ideoque Kaiserliche Cammer und Fiscalische Knechte vocati fuissent.

Allegatur documentum apud LIMNAEUM in *addit. ad Jus publ.* Tom. I. Lib. 5. cap. 7. pag. 845. in quo legitur: *Alle Juden gehören mit Leib und Gut unserer Cammer und seynd in unserer Gewalt und Hände, daß wir mit unserer Mächtigkeit damit thun und lassen mögen, was wir wollen.* Quam ob causam etiam soli Imperatori die Cronen Steuer und jährlichen Opfferspenning solvissent.

3.) Verbum in Litteris inuestiturae Carolinis adhibitum, *Ehrungen* denotare iurisdictionem.

4.) Nemine tunc licuisse Iudaeos sine speciali concessione et privilegio Caesaris recipere. AUREA BULLA cap. 9. §. 2.

5.) Domum Hanouiensem in Iudaeos animaduertisse, inter eos ius dixit.

dixisse et exteris contra illos iustitiam administrasse. Multa hic inducuntur documenta ad probandos actus possessorios.

6.) Domum illam cum exclusione ceterorum Condominorum non solum Judaeos recepisse sed etiam tutelarem exegisse pecuniam, 7.) Annis 1715. et 1737. Judaeos soli Domui Hanouienti se obligasse iureiurando fidelitatis et obedientiae et nunquam aliam quam Hanouientem agnouisse jurisdictionem. 8.) Actus possessorios a Condominis Solmsensibus et Stollbergenſi prolatos non probare legitimam possessionem, sed facta turbatiua contra iura Hanoica suscepta. 9.) Officiales Hanoicos deputatos vel non subscripsisse Recessus a Condominis allegatos vel contradicendo facta testata conseruasse Domus Hanoicae iura. Et si 10.) Deputatus quidam Hanouientis Recessum, in quo aliquid contra Judaeos statutum sit, subscripsisset, hoc Domui Hanouienti et Serenissimo Landgrauio Hassiaco ex iure primogeniturae et pacto ac prouidentia maiorum succedenti nullum facere potuisse praerudicium. 11.) Neque lapsum seculorum, neque possessionem, neque praescriptionem contra talem successorem allegari posse praesertim cum deficiat bona fides.

§. 45.

Rationes, quibus ex contraria parte fundatur iurisdictio communis in Judaeos, sunt sequentes:

1.) Coniecturam semper pro aequalitate iurium condominorum faciendam esse, donec ab eo, qui iure quodam praecipuo praeualere velit, probetur contrarium.

2.) Litteris inuestiturae a Carolo quarto anno 1351. datis, Judaeos tanquam homines proprios Ulrico Domino in Hanau in feudum collatos, neuiquam vero jurisdictionem concessam, sed Dominis territorialibus relictam esse, cum homines proprii referantur ad proprietatem, et haec, licet insignibus sit praedita priuilegiis et iuribus tamen nihil de iurisdictione statuum derogare possit. Vid. *documentum adiunctum sub Litt. B.*

3.) Verbum in Litteris inuestiturae Carolinis adhibitum; *Ebrungen*, non honorem vel jurisdictionem, sed summa probabilitate dona, *den Opferpfenning*, omnesque alias praestationes, quibus Iudaei secundum relationem LEHMANNI in *der Speyerischen Chronik* Lib. 5. Cap. 37. animos suorum Dominorum, qui de bonis eorum pro lubitu disponere

E

po-

poterant, ad misericordiam et tutelam contra quascunque iniurias et persecutiones flectere solebant, denotare ideoque eundem, quem verbum germanicum, *Verehrung*, habere significatum. Sic Judaei ad Coronationem Conradi III. Coronam auream vnionibus et lapillis pretiosis distinctam donauerant. LERSNER *Francof. Chronic.* Lib. I. c. VII. f. 35. Leopoldus Imperator ab illis ad bellum Turcicum accepit viginti millia florenorum. GOTTF. MASCOV. in *Diss. de Censu judaico* §. XIX. Augustissimo Imperatori Carolo VI. de 2. Decembr. 1711. ante Coronationem poculum argenteum inauratum 24. marcarum argenti cum quadringentis florenis aureis obrulerunt. Uti L. C. commemorauit LERSNERUS. Et Judaei, cum anno 1670. Vienna excedere iubebantur, in litteris supplicibus dixerunt, daß sie der Nieder Oesterreichischen Hof-Cammer von zwanzig Jahren hero oder etwas mehrs biß in die 600000. flor. eingeliefert, geschweige, was sie in Kriegszeit allerunterthänigst beygetragen, und noch zu thun erböthig seyen. LONDORP. Tom. IX. Lib. X. Cap. CCVII. p. 716.

4.) Verbum *Ehr* non solum sed cum verbis *Freyheiten und Rechten* combinatum denotare jurisdictionem, si Comitatus vel Dynastia sit id, quod in feudum collatum. Conf. BESOLD, *Thesaurus practicus* Litt. E. No. 12. SPEIDELII *spec. obs.* Litt. E. No. 29.

5.) Imperatores, quando jurisdictionem in feudum contulerint, verbis rem accurate exprimentibus nempe *Gericht und Gerichtbarkeit* vfos fuisse.

6.) Verbum *Ehr* significare jurisdictionem, esse tantummodo coniecturam Doctorum juris, quae nihil probaret, praefertim, si conferatur cum praediis, quae vocantur *Ehrschätziges Güter*, quorum intuitu Dominus, qui ea alienauit, nullam jurisdictionem exercere, sed tantum aliquid vsurae exigere posset, quoties venderentur.

Conf. WEHNERI *obs. pr.* Litt. E.

7.) Multos Recessus et acta inquisitionis contra Judaei cuiusdam Münzenbergensis filiam Hebele p̄cto. infanticidii anno 1711. non clam sed publice, adhibito ad annotanda dicta scriba vr̄bis, officiali communi Münzenbergico formatae et continuatae compossessionem jurisdictionis in judaeos extra omnem ponere dubitationem, actus vero a domo Hanouiensi prolatos vel clandestinos vel contradictos esse.

8.)

8.) Documentum sub Litt. H. exceptionibus sub et obreptionis adjunctum pro condominis impetrantibus contra domum Serenissimam Hanouiensem probare.

9.) Ex jure in homines proprios, quales Judaei fuissent, non jurisdictionem sed tantummodo potestatem herilem immorigeros censum solvere nolentes coercendi inferri posse, cum haec etiam competat in homines proprios alterius jurisdictioni subiectos et dominis negantes obsequium. Conf. HEINECCIUS in *elem. jur. germ.* Tom. I. Tit. I. §. XLI. not.

10.) A jure recipiendi Judaeos et possessione vel quasi juris exigendi censum, quem Consilarii Hanoici perperam et contra sensum litterarum investiturae pecuniam vocarent tutelarem, ad jurisdictionem non valere argumentationem, cum senatus vrbs Münzenbergensis recipiat novos ciues et tamen sibi non vindicet in eos jurisdictionem, Domui Hanoicae etiam a Judaeis Friedbergensibus quotannis vi litterarum investiturae Carolinarum solvatur census, licet non illa, sed Burggravius Friedbergensis in eos habeat et exerceat jurisdictionem.

Quibus adhuc accedat, quod census, ab hominibus propriis dominis sine praeiudicio domini territorialis solvi possit.

11.) Judaeos agnouisse jurisdictionem communem, ex eo patere luce meridiana clarius, quod illi anno 1566. pro moderatione tributi impositi supplicauerint, et in sua supplicatione declarauerint, se Condominorum Superioritati territoriali subiectos esse.

12.) Pacem Castrensem Münzenbergensem anno 1448. inter Comitem Hanouiensem et ceteros Condominos post impetratas a Carolo IV. litteras investiturae compositam nihil continere de jurisdictione illa priuata in Judaeos, licet in instrumento dictae pacis jura et obligationes Ganerbiorum recensita et definita fuerint.

13.) Quum Imperator Carolus IV. Ulrico Domino in Hanau nullam jurisdictionem in Judaeos concesserit et in ord. polit. de anno 1548. jus recipiendi Judaeos et in illos exercendi jurisdictionem superioritati territoriali statuum adscriptum fuerit, in certo positum, jurisdictionem in Judaeos Münzenbergenses in numerum iurium communium referendam esse.

14.) Status imperii Principes et Comites ex factis suorum ministrorum obligari,

1.) Si id, quod actum sit, probabiliter ipsorum officio contineatur aut ex praepositione consensus vel mandatum principis colligi possit,

Conf. GUNDLING in *jure naturae et Gent.* Cap. 24. §. 24.

2.) Si superiis, quae acta, tractata, statuta et conclusa sunt, consuetudo more documentum conficiatur et nulla statim, eo perlecto, sequatur Principis vel Comitum contradictio. Quum itaque Recessus sint instrumenta omnium Deputatorum subscriptione confirmata, quo omnia ea, quae a Deputatione acta et servato juris ordine decisa et conuenta sunt, continentur; nemini dubium esse posse, quin pro quolibet Recessu Münzenbergensi tam diu milites praesumptio veritatis, quam diu non probatum sit, hunc vel illum Condominum hoc vel illum caput Recessus aut totum Recessum contradixisse.

15.) Successorem, sit Princeps vel Comes plus juris sibi vindicare non posse, quam is, cui successit, se habere instrumento declaraverit, praesertim si litterae investiturae, ex quibus omne jus deducendum, ipsi non opitulentur.

§. 46.

Quaenam rationes potiores sint, supremo tribunali imperii, decidendum relinquo. Optandum autem esset, ut haec controuersia quanto ocius vel transactione acta vel sententia finiretur, cum jurisdictione priuata in Iudaeos, quae antea tantum personalis erat, nunc quoque ad bona eorum immobilia in territorio communi sita extendatur, contradicentibus licet reliquis Serenissimis ac Celsissimis Condominis.

Conf. *Rec. de anno 1768.* §. IV.

§. 47.

Alia lis districtum pagi Niederhörgeren, qui seculo decimo quinto adhuc existerat et postea, nescio, quo fato, existera desinit, concernens, inter Condominum Braunfelsensem et reliquos Condominos super jure collectandi, jurisdictione aliisque juribus territorialibus anno 1723. orta est, quae post impetratam a Domo Celsissima Hanouiensis citationem ad videndum, cassari processum et restitui spoliolum cum omni causa, ut et se manuteneri in possessione vel quasi juris collectandi &c. et post impe-

tra-

tratum mandatum poenale de Refarciendo omne damnum per illicitam et constitutione Imperii *von Pfandungen*, prohibitam pignorationem illarum &c. sine clausula, causamque satis hinc inde ventilatam decisionem supremi tribunalis Wezlarientis expectat. Rationes utrimque ad latas et quae adhuc proferri possunt, breuiter recensebo, illarum pondus lectorum iudicio relicturus.

§. 48.

Rationes Condominorum Serenissimorum et Celsissimorum de Harnau, Laubach et Stollberg sunt hae:

- 1.) Ciuitatem Münzenbergensem antiquitus jus habere in districtu Niederhörgermensi pecus suam pascendi; custodem fructuum constituendi, et eos, qui in campo, pratis et hortis parua proprietariis damnosa delicta comiserunt, puniendi.
- 2.) Recessum de anno 1544., pacta obseruantiam antiquam et libros censuales ciuitati Münzenbergensi collectionem bonorum in districtu Gambacensi et Niederhörgermensi sitorum, quorum possessores sunt ciues Münzenbergenses, attribuire.
- 3.) Ciuitatem Münzenbergensem cum vniuersitate Gambacensi circum terminalem in districtu Niederhörgermensi habuisse eoque communionem iurisdictionis et iuris territorialis extra omnem dubitationem posuisse.
- 4.) Districtum Niederhörgermensem tanquam rem derelictam consideratum et non solum ab vniuersitate Gambacensi sed etiam a ciuitate Münzenbergensi occupatum fuisse, et certitudinem huius occupationis ex iuribus a dicta ciuitate hactenus exercitis colligi posse.
- 5.) In Recessu de anno 1544. conuentum et ordinatum esse, vt precaria a possessoribus bonorum in districtu Niederhörgermensi sitorum Münzenbergensibus, Condominis Münzenbergensibus praestetur.
- 6.) In documento transactionis de anno 1541. dictum esse, superioritatem territorialem in districtu lapidibus pacis castrensis limitato competere Condominis Münzenbergensibus, ast, domum Serenissimam Braunfelsensem illam in districtu Niederhörgermensi habere, non dici et transactionem non vltra ea, quae in lite et contemplatione fuerint, extendendam esse.

7.) Senatam Münzenbergensem bona in territorio Münzenbergico sita, quae Henricus Griebius subditus Gambacensis matrimonio cum filia ciuis Münzenbergensis inuito acquisiuit, in libro suo censuali deleuisse.

§. 49.

Quibus Rationibus a domo Serenissima Braunsfeldensi sequentes oppositae sunt:

1.) Ex Recessu de anno 1544. claro clarius manifestum esse, Condominos districtum Niederhörgerensem tanquam alienum territorium considerasse, cum in illo conuentum sit, vt precaria a ciuibus Münzenbergensibus qui bona in dicto districtu possideant, ciuitati Münzenbergensi tanquam loco domicilii soluantur. Ceruissimam itaque et nullis exceptionibus obnoxiam probationem inde formari posse, forum rei sitae intuitu bonorum in districtu Niederhörgerensi sitorum ad praefecturam Gambacensem pertinere. Verba Recessus sunt haec: *Dasß 1.) was Münzenberger im Treißer und Niederhörgerer Feld liegen haben, dasselbe nacher Münzenberg als in loco domicilii verbedet werden soll. 2.) Gleichwie nun diese Niederhörgerer und Treißer Güter nacher Münzenberg, also auch Gambacher und Treißer in Münzenberger Terminen gelegene Güter nacher Gambach und Treißer verbedet werden sollen.*

Ex quo etiam patet, Deputatos anno 1544. districtum lapidibus pacis castrensis inclusum pro territorio communi Münzenbergico habuisse.

2.) Jus puniendi eos, qui delicta campestria leuiora in districtu Niederhörgerensi commiserunt, quod praefectura annalis Münzenbergensis sibi nullo iure arrogauerit, semper a Deputato Braunsfeldensi docentibus Recessibus contradicendum et si hoc non factum sit, actum possessorium ob vitium clandestinitatis omni effectu juris destitutum esse.

3.) Anno 1699. ciuitatem Münzenbergensem ad solvenda in loco rei sitae tributa per sententiam praemia caussae cognitione condemnatam esse, eique effectum legitimae decisionis eo minus denegari posse, quo certius sit, districtum Niederhörgerensem a territorio communi Münzenbergensi lapidibus terminalibus separatam esse.

Vid. docum. sub Litt. C,

4.) Ex libris censualibus Gambacensibus probari posse, ciues Münzenbergenses qua possessores bonorum in districtu Niederhörger-nensi sitorum precariam et tributa Receptori Gambacensi soluisse, et si a parte aduersa actus quidam contrarius probetur, hoc domino territoriali, ad quem pertineant collectae, nullum facere posse praecidium.

5.) Ab vniuersitate Gambacensi probatum esse, remissionem captiuorum praefecturae annali Münzenbergensi in loco, quo lapides pacis castrensis definiunt fines districtus Niederhörger-nensis factum esse.

6.) Ex protocollis judicialibus praefecturae Gambacensis multos actus possessorios iurisdictionis in districtu Niederhörger-nensi probatos esse, quibus a parte aduersa nihil obmoueri possit, cum custodes fructuum et collectores decimarum Münzenbergenses delicta detulerint.

7.) In documento de anno 1541. in iudicio supremo Imperii producto Condominos Münzenbergenses Philippum et Bernhardum Comites in Solms, Ludouicum Comitem in Stollberg et Königstein, Wilhelmum Comitem Nassouicum et Reinhardum Comitem in Solms qua tutores Comitum in Hanau professos esse, se qua condominos in districtu lapidibus pacis castrensis incluso solummodo superioritatem territorialem habere et controuersias inter ciuitatem Münzenbergensem et vniuersitatem Gambacensem super iurisdictione, iure pascendi, metiendi et lapides terminales ponendi in districtu Niederhörger-nensi, exortas ita composuisse, vt iudicium pagi Gambach iurisdictionem extra districtum lapidibus pacis castrensis limitatum et quousque se districtus Gambaco - Niederhörger-nensis extendat, exercendi, metiendi et terminos statuendi vtraque vero vniuersitas in districtu Gambaco - Niederhörger-nensi et territorio Münzenbergensi pecora pascendi potestatem habeat.

Vid. *documentum* sub Litt. D.

8.) Pagos Gambaci, Holzheim, Griedel et Niederhörger-n ad partem Butsbacensem, quam in diuisione terrarum Münzenbergensium et Falckensteinensium anno 1419. facta Dynastae Epsteinenses acceperint, pertinuisse, cum praeter urbem castrumque Münzenberg et pagum Treis nihil in communione permanserit. Vid. *document.* sub Litt. E. Dynastas in Epstein dictos pagos cum quarta parte Butsbaci ao. 1478. Comiti Ottoni in Solms vendidisse, et, quum pro Comite vel Principe qua domino vrbis vel pagi militet praesumptio, illum etiam omnia et fin-

singula jura superioritatis territorialis habere et emtos omnia jura sibi vindicare possit, quae habuerit vel habuisse praesumatur, vendiros DAVID GEORG STRUBEN in *seinen Nebenstunden* part. 4. *Abhandlung* 25. §. 9. In certo positum esse, Condominos Serenissimos Solmsenses super iniuria queri posse, si in possessione vel quasi juris collectandi aliorumque jurium territorialium turbentur.

9.) Inductum et in scrinio ciuitatis Mänzenbergensis repertum documentum definire jura, quae illi a Wenero Dynasta Epiteinensi in districtu Niederhörgerensi anno 1439. concessa fuerint. Quum itaque ciuitati Mänzenbergensi praeter jus compascui et constituendi cultodum fructuum nulla alia jura dederit Dynasta; palam esse, condominos Mänzenbergenses, nec communionem dicti districtus nec communia jura superioritatis territorialis statuere posse.

10.) Viros terminales collegium sub nomine collectiuo *Feld Recht, Feld Gericht*, constituentes secundum jus prouinciale Solmsense etiam Mänzenbergae receptum non solum meriti et lapides finales ponere, sed etiam leuiores contouersias circa mensuram agrorum obuencientes praecua cognitione decidere et leuioia delicta campestria punire, ideoque eorum collegium tanquam iudicium considerari posse, et cum omnia iudicia omnem, quam habeant, auctoritatem, principi et domino territoriali acceptam ferre debeant et ex delegata potestate omnia, quae sunt sui officii, peragant, apertum et nulli dubitationi obnoxium esse, pro domo Serenissima Braunfelsensi, quae mensures et viros terminales in districtu Niederhörgerensi constituent, et iureiurando obstringat, praesuntionem militare, quod jurisdictionem omnimodam et reliqua omnia jura territorialia in dicto districtu habeat.

11.) Praecariam fuisse praestationem, quae ad rogationem principis a subditis facta et deinde iure quodam perfecto exacta fuerit. Illam itaque non fuisse tributum, quod obligatione subditorum perfecta nitatur, ideoque nihil principis alieni territorii interfuisse, vtrum illa praecaria secundum capita, an pro modo possessionis fundorum etiam partim in suo territorio sitorum soluta fuerit.

Quum vero matricula imperii anno 1527. pro modo possessionis terrarum cuiusque status confecta et postea aliis legibus imperii, praesertim Reccssu Nouissimo et Resolutione Caesarea de anno 1670. res tri-

tributaria suam certam et ad effectum perfectae obligationis possessorum bonorum immobilium stabilem formam acceperit; haecque leges concessio juri collectandi praescriptae fuerint, ut tantum ad fines definitos exerceatur et aequalitas inter subditos secundum eorum facultates seruetur exacta; *R. I.* de anno 1543. §. 24., tributum etiam non tanquam onus personarum sed bonorum in territorio sitorum considerandum sit; modum contribuendi ad praestandam precariam olim arbitrio subditorum relictum non amplius subsistere potuisse, sed illum, qui hodiernae constitutioni rei tributariae conueniens sit, et omnia in territorio sita et non exempta bona non habita ratione domicilii a possessore alibi constituti tributorum oneri subiiciat, introducendum fuisse,

12.) Ordinationem, quam legitime et auditis iis, quorum interest, anno 1544. factam esse, nondum probatum sit, loqui de precaria, et quod illa soluenda sit quaestori Münzenbergensi de bonis in districtu Niederhörgergensis sitis, quae possideant ciues Münzenbergenses, non autem de tributis, quae aliam originem aliudque fundamentum habeant, ideoque non eodem, quo precariae, jure cenferi debeant.

CRAMER in den Wezlarischen Nebenstunden p. 10. N. 2.

13.) Uniuersitatem Gambacensem precariam et tributa haecenus de districtu Niederhörgergensis domui Serenissimae Braunfelsensi soluisse, ideoque illam adhuc in possessione vel quasi juris collectandi esse, licet possessores bonorum Münzenbergenses solutionem antea praestitam denegarent.

14.) Uniuersitatem Gambacensem de districtu suo non litigioso et Niederhörgergensis omnes collectas imperiales, circulares et prouinciales soluere debere, ideoque durissimum et iniustissimum esse, si possessores bonorum in districtu saepe dicto sitorum Münzenbergenses tributa non soluerent quaestori Gambacensi.

15.) Duobus vel tribus uiris Münzenbergensibus et incolis Niederhörgergensibus in documento de anno 1439. a Wernero concessam esse potestatem delicta leuiora campestris in districtu Niederhörgergensis commissa puniendi, attamen sub reseruatione poenarum pecuniariarum ad Dynastam Epsteinensem pertinentium et sub hac illius superioritatem territorialem extra omne periculum ponente limitatione, 1.) ut delatio et punitio fieret coram coemeterio Niederhörgergensis. 2.) Ut ex ac-

F

ceptis

ceptis poenis pecuniariis sumtus huius iudicii campestris soluantur et id, quod superfit, ad refectionem templi Niederhörgernensis, *und des Schlags* impendatur.

16.) Subditos Moguntinos pagorum Rockenberg et Oppershofen antiquitus de bonis, quae possideant in districtu Niederhörgernensi, quaestori Gambacensi precariam tributa et sumtus belli soluisse, in quo multum ad causam momenti positum sit, cum illa sponte et a tempore immemoriali facta solutio possessionem vniuersitatis Gambacensis confirmet et a parte aduersa figurando excogitatam communionem territorii et superioritatis plane tollat.

LYNCKER Vol. I. Resp. 97. N. 56.

17.) a) Ciuitatem Münzenbergensem pacta et obseruantiam antiquam, quae illi jus exigendi tributa a ciuibus Münzenbergensibus bona in districtu Gambacensi et Niederhörgernensi sua possidentibus attribuant nondum probasse.

b) Libros censuales Münzenbergenses qualitates legibus definitas non habere. (§. 36.)

c) Solutionem tributorum a ciuibus Münzenbergensibus factam non legitimam sed tam propter iussum senatus urbis quam propter illorum proprium commodum vitiosam probare possessionem.

18.) Ciuitatem Münzenbergensem probare debere, se cum vniuersitate Gambacensi circuitum terminalem in districtu Niederhörgernensi habuisse: et si hoc factum sit, illum circuitum *den Waad* siue *Waidgang* non ad declarandos fines territorii sed compascui susceptum fuisse, vti eum etiam Gambacenses in territorio Münzenbergensi propter jus compascui susceperint.

19.) Districtum pagi Niederhörgern ab incolis derelictum non cessisse occupantibus sed pertinuisse ad dominum territorialem vti exempla de pagis Weterauiae, Rehborn, Mesfelden, Engelhusen, Zelle et Eppelrode doceant.

20.) Deputatos nihil in praeiudicium vniuersitatis Gambacensis statueri potuisse et probandum esse, illum Rationalem, Braunfelsensem qui subscripserit recessum de anno 1544. ad faciendam ordinationem super soluenda precaria instructum et vniuersitatem Gambacensem auditam fuisse.

21.)

21.) Jus provinciale Solmsense docere, judicia pagorum omnimodam jurisdictionem civilem et criminalem salua appellatione ad ipsum Comitem Regentem exercendam habuisse.

Conf. JOANNIS HORIX *wahre Veranlassung der peinlichen Halsgerichts Ordnung Kayser Carl des fünften.* §§. 5. et 7.

Quum itaque transactio de anno 1541. quam pro conuentione effectum decisionis et rei iudicatae in Recellu de anno 1614. agnouerit Ciuitas Münzenbergensis, Gambacensibus jurisdictionem in saepe dicto districtu confirmauerit et judicia pagorum primas instantias in terris Solmsensibus constituerint, iurisdicctio autem praesumptionem pro Principe vel Comite, quod etiam cetera iura territorialia possideat, operetur;

Conf. DAVID GEORG STRUBEN, *Nebensunden*, P. 4ta. *Abhandlung vom Beweis der Landeshobeit* §. 1.

non dubitandum esse, quin Condominis probatio contrarii incumbat. Fundamentum enim originarium superioritatis territorialis esse jurisdictionem, quam tempora interregni magni iuribus Caesarum damnosa, inde seculatae mutationes status imperii et ultimo instrumentum pacis hisce verbis grauitate plenis in illam transformauerint, omnes et singuli status — — in aliquis suis iuribus, praerogatiuis, libertate, priuilegijs, libero iuris territorialis tam in ecclesiasticis, quam politicis exercitio, Ditionibus, Regalibus horumque omnium possessione — — ita stabiliti firmitaque sunt, ut a nullo unquam sub quocunque praetextu de facto turbari possint vel debeant. Condominos Münzenbergenses insuper exercitium jurisdictionis et jus mediendi ac lapides finales ponendi ciuitatis Münzenbergensi in districtu lapidibus pacis caltrensis limitato et iudicio Gambacensi in districtu Gambaco-Niederhörgerensi attributum, in numerum iurium, quae sub superioritate territoriali vinculum commune habeant et quasi cognatione quadam inter se contineantur, retulisse, ex verbis in instrumento transactionis adhibitis: *Soll das Gericht zu Müntzenberg von unserer der Erbherrn wegen von der Stadt an nachher Gambacher und Niederhörgener Feldmarcken im bezirk des Burckfriedens, darin die hobeit uns Erbherrn zuständig, allein zu steinen zu reynen zu land Scheidten und Gerichtbarkeit zu üben haben &c.* factus superque constare.

Vid. *Extractus Rec. de anno 1614.* sub Litt. F.

